D. VIRGINII VALSECHII
CASINENSIS
IN ACADEMIA PISANA
Sacr. Liter. & Hist. Eccl. Professoris
EPISTOLA
DE VETERIBUS
PISANAE CIVITATIS
CONSTITUTIS
Ad Clariss. & Reverendiss. Patrem
D. GUIDONEM GRANDI
CAMALDULENSEM
S. MICHAELIS IN BURGO ABBATEM
Et in eadem Academia MATHESEOS
Professorem Praestantissimum





ANNO MDCCXXVII.
FLORENTIAE TYPIS REGIAE CELSITUDINIS.
SUPERIORUM PERMISSU.





CLARISS. ET REVERENDISS.

PATRI D. GUIDONI GRANDI

S MICHAELIS IN BURGO ABBATI

AC IN ACADEMIA PISANA MATHESEOS

Professori Praestantissimo

D. VIRGINIUS VALSECHIUS S. P.

DOctissimam tuam Epistolam [1] legi, qua, adlata e Coenobii tui archivo Judiciali sententia anni MCXCIII, probe ostendis, saeculo XII. Pisano in foro usum Pandectarum, contra id, quod nuper senserat V. Cl. Henricus Brencmannus, viguisse. Dum eam legerem, cupiditas me cepit, vetera etiam Pisanae Civitatis Constituta [2], quibus potissimum ille nititur, evolvendi. *Epistolae occasio.* Quae nactus, nescio, ut ingenue fatear, an magis miratus sim magnam, ac ferme incredibilem totius juris Justinianei, quae in illis ubique fere emicat, peritiam, an Cl. Brencmannum tanta in luce veluti caecutiisse, ut pronunciare non dubitaverit [3]: *Pisanos, Pan-*

A 2 de-

1 *De Pandect ad Cl. V. Joseph. Averan.* 2 Sic inscribuntur, & in eorum Prologo dicitur: *quorum statuta in scriptis redacta sunt appellata* Constituta, *quasi a pluribus statuta.* 3 *Hist. Pandect.* pag. 53.

dectarum volumina cum jam tenerent, veneratos esse, ac thesauri loco habuisse, magnaque religione custodivisse, pro publico denique archetypo reposita habuisse, quod perdiderit

Pisani ab Hen Breneamanno negati.

difficile esse; ut sibi persuadere patiatur, quod nempe *Dum in ipsa Urbe jam statim sub Eugenio III, hoc est circa annum MCL. ex jure Caesareo causae deciderentur, dumque anno MCLVIII. a Friderico Imperatore ex Bononia quatuor Professores litium dirimendarum causa ad conventum in Roncallias acciti leguntur, atque adeo brevi omnia undique fara ferventissimis Romani Juris concertationibus perstreperent, Pisis tamen civilem prudentiam integro seculo friguisse constat, nec ullius in jure dicundo usus auctoritatisque fuisse.*

Loca aliquot eorumdem Constitutorum, ac alia nonnulla ad ea spectantia collegi, quae tecum communicare, duxi, ratus, non injucundum tibi futurum, si praeclaras tuas animadversiones alius quoque monumentis adstrui videas: quibus detegendis cum semitam tute etiam mihi praemonstraveris, haec non solum nihil laudi tuae detractura esse, intelliges, sed ad majorem fortassis illius cumulum accessura.

In archivo Coenobii S. Nicolai PP. Eremitarum Sancti Augustini hujus Civitatis, quod olim nostri Ordinis fuit, aliquas ego quoque ejus generis sententias reperi, in quibus videre est, quam perspicue, quam sapienter, quamque ex Justinianeae Jurisprudentiae praescripto judicia sub ea tempora Pisis exercerentur. Has etiam in fine meae hujus epistolae tibi sistam, quod sciam, veteribus hoc genus schedis te plurimum delectari. Interim, quae de ipsis Pisanorum Constitutis habet Cl. Brenemannus, me expendere, patiare.

Brenemanni sententia de ne illu Januris Justinianei in foro Pisano usque ad an. 262 & ulterius.

Primo, *Utebantur* [1], inquit, *illi adhuc* post Friderici Conventum *diutissime mixta quadam Jurisprudentia, quae ex jure scripto, & consuetudinario temperata erat*.

Secundo, *Scriptum illud jus constabat ex lege Romana, & Longobardica*.

Tertio, *Legem Romanam appellabant compilationem Juris*

1 Ibid. pag. 54. 2 Ibid. pag. 55.

rit ex Codice Theodosiano, & fragmentis quibusdam Ante-Justinianeis ab Alarico sub Gothis conceptam. Quod probat tribus Codicibus MSS, qui cum Codicem Theodosianum cum Novellis Theodosii Valentiniani & Majoriani complectantur addita Juris Epitome, *Lex Romana* inscribuntur: subditque, hoc se ideo monuisse, *ne Legis Romanae mentio ad Pandectas & Justinianeum systema imprudenter extendatur, ut a quibusdam factum.*

Quarto, *ex hac Lege Romana*, Codice scilicet Theodosiano & fragmentis Ante-Justinianeis, *exque Jure Longobardico & Pisanae Civitatis Consuetudinibus in foro illic jus reddebatur usque ad annum* MCCLXII. *& ulterius* [1]. Quod colligit ex Codice MS. Constitutionum Pisanae Civitatis, quem Florentiae in Bibliotheca Stroziana viderat, in cujus ultimae Rubricae fine legitur: *Constituimus atque firmamus, ut omnia Constituta a nobis correcta vel emendata & mutata &c. Lecta & publicata sunt* MCCLX. *Indict.* III. *tempore Domini Riccardi de Villa Pis. Potestatis*, in eoque quandoque additum cernitur [2]. *Commune Legis & Usus*, & alicubi plenius: *Hoc Constitutum est Commune Legis & Usus*. & ex Constitutione, *quae*, inquit, *in medio hujus Codicis est, quamvis tempore multo anterior praecedenti. Videtur nempe ante primam Statutorum collectionem posita, hicque repetita fuisse:* eamque totam exscribit Vir Cl.

Singula haec mihi impraesens ad trutinam revocare liceat.

Pisani utuntur etiamnum Jure scripto & consuetudinario.

Prius, negari non potest: nam non solum diutissime etiam post Fridericum Jure simul scripto & consuetudinario Pisani usi sunt, sed, ut infra ostendam, & hodie utuntur.

Multo ante Statutorum compilationem usi Lege Romana nonnullis retentis Legis Longobardorum.

Alterum quoque certum est, nam in Prologo veterum ipsorum Constitutorum dicitur; *Pisana itaque Civitas a multis retro temporibus vivendo Lege Romana retentis quibusdam de Lege Longobarda sub judicio Legis .... suas consuetudines habere meruit.* Hic Prologus est, quem

1 pag. 56. 2. pag. 57.

Vir Cl. vocat Constitutionem, quam cum medio in Codice invenisset, conjecit, in prima Statutorum collectione initio positam fuisse, & in aliis postea in medio repetitam; sed de rei hujus causa infra. Ex iis Prologi verbis constat Pisanos multo ante suorum Constitutorum compilationem lege Langobardica relicta Legem Romanam fuisse amplexos, aliquibus tamen prioris Juris Langobardici legibus retentis. In Tabulario Illustriss & Reverendiss. Civitatis hujus Archiepiscopi, quod veteribus membranis ditissimum est, exstat Judicialis sententia e Lege Langobardica lata anno DCCXCVI., quam in fine pariter meae hujus epistolae adferam.

Tertium quod attinet, etsi *Legis Romanae* nomine, antequam in Occidente universum Justiniani Jus obtinuisset, Codex Theodosianus una cum laudatis a V. Cl. Novellis re vera intelligeretur, uterenturque alii Aniani Breviario ab Alarico conflari jusso [1], alii Responsis Papiani [2], ac Codicem ipsum Theodosianum Aniani Carolus Magnus confirmaverit [3]: attamen non dubito, quin Codex etiam & Novellae Justiniani simul *Lex Romana* dicerentur; adeo ut Ludovicus Pius, cum Viros omnes Ecclesiasticos *Lege Romana* [4] vivere jussit, Codice etiam & Novellis Justiniani, quas saltem usu suo probaverat Ecclesia, uti jusserit: cum nono Ecclesiae saeculo post illud Ludovici edictum in causis Ecclesiasticis ad has quoque Leges, easque ut *Romanas*, provocaretur; ne iisdem in causis memorem, jamdudum a Gregorio Magno illas fuisse usurpatas.

Non solum Cod. Theodosianus sed etiam Cod. & Novellae Justini Lex Romana dicta ante usum totius Juris Justinianei.

De Novellis plura occurrunt exempla. Gratianus [5] *ex Conci-*

1 Burcardus Stuvius *Hist. jur. civ.* cap. 5. §. 2. 2 Id ibid §. 3. 3 Praefat. Codici Theod. praefixa. 4 L. 55. *Rer. Ital. Script.* tom. 1. par. 2. pag. 135. *Ut omnis ordo Ecclesiarum* Lege Romana *vivat &c.* 5 Can. 6. 24. qu. 3. *De iniusta excommunicatione Lex Justiniani Imperatoris Catholici, quam servat & probat Catholica Ecclesia, Constitutione* CXXIII. *cap* CCCLXI. (in hodiernis editionibus est caput XI.) *decrevit, ut nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici Canones hoc fieri jubent.*

Concilio Parisiensi tempore Ludovici Canonem citat, in quo adfertur Lex Justiniani petita ex ejus Novella CXXIII; atque V. Cl. Burcardus Struvius [1], hunc desumtum esse *ex Concilio Parisiensi an.* 829. *in Gallia celebrata*, quod est Parisiense VI. celebratum tempore ipsius Ludovici Pii. Ac quamvis cum Gratianus, tum Struvius, aliique decepti hac in re videantur, cum inter ejus Concilii Canones is haudquaquam reperiatur, exstat tamen re vera in Concilio Duziacensi, celebrato anno DCCCLXXI. tempore Ludovici II., *in Schedula seu Libello expostulationis Hincmari Metropolitani Rhemensis adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum in Synodo recitato* [2]. Eodem Concilio & Libello aliam ejusdem Novellae Legem recitat Hincmarus [3], aliamque in Capitulis *Quibus de rebus Magistri & Decani per singulas Ecclesias inquirere, & Episcopo renuntiare debeant* [4].

Canon a Gratiano citatus ex Concilio Parisiensi est Concilii Duziacensi.

Alias ex eadem Novella Leges profert Hincmarus aliis locis, quae collegit supra laudatus Struvius [5], quamquam, quae priori loco ab eo citatur, nequaquam Justinianea sit, sed Codicis Theodosiani. *Testantur hoc*, ait Hincmarus [6], *Publicae Romanorum Leges, quibus orbem universum vivere sub sua dominatione constituerunt, quibus manifeste praecipitur, & viros raptores, & feminas raptas, sive ante raptum, sive post raptum consensum praebuerint, poenis ultimis esse puniendos;* subditque Struvius: *Intelligitur*

Lex Struvio citata Justiniani est Codicis Theodosiani.

1 *Hist. Jur. Civ. not.* ***** in §. 7. cap. 5. 2 Tom. 8. Conc. Edit Lab pag. 1559. 3 Ibid pag. 1587 *Lex Justiniani dicit* (Nov. 123. cap. 29.) *ut Metropolitanus, vel Primas provinciae de Ecclesiastico jure, vel de aliis negotiis inter conquirentes audiat: & quod Ecclesiasticis Canonibus & Legibus nostris consentaneum sit, hoc diffiniat, & nulla pars valeat calculo ejus contradicere.* 4 Ibid. pag. 575. *Et hinc Christiani Imperatores legem decreverunt dicentes* (ead. nov. cap 29) *Presbyteris & Diaconis & Subdiaconis & aliis in Clero scriptis non habentibus uxores secundum divinas regulas interdicimus & nos, mulierem habere in domo sua, excepto matre & filia & sorore, & aliis personis, quae omnem querelam effugiant. Si quis autem &c.* 5 Loc. sup. laud. 6 Tom. 2. edit. Sirmond. opusc. 16. cap. 5. pag. 228.

hic Constitutio Justiniani, quae in Tit. C. de raptu Virginum exstat. Hac quidem lege ut & *l. Raptores C. de Episc. & Cler. & Novella* CXLIII. poena mortis raptoribus decernitur, at non raptis feminis. In Codiee vero Theodosiano *l.* 1. *de raptu Virginum* ab Imp. Constantino eadem poena utrisque statuitur: *etsi voluntatis adsensio detegitur in Virgine, eadem, qua Raptor severitate, plectatur*. Immo iisdem legibus decerni subjicit Hincmarus, *adjutores quoque & ministros Raptorum ignibus concremandos, & conciliatorum & mediatorum tanti facinoris plumbo liquenti atque ferventi ora damnanda*. Quae eadem lege Codicis Theodosiani habentur.

Duo postea ab eodem Struvio adferuntur loca, quorum priore Hincmarus Leges, quas e supra laudata Novella Justiniani citat, *Leges* vocat *Romanas*, *quas probat Ecclesia* [1], & altero, *quas probat & servat Romana Ecclesia* [2], quemadmodum supra memorato Libello in Synodo Duziacensi recitato, Leges, quas *servat & probat Catholica Ecclesia*.

Lex in Cod. tum Theodosii, tum Justiniani relata, ex solo Justiniano a Joanne VIII. laudatur.

De Codice vero Justiniani perspicuum exstat testimonium Joannis VIII., qui in Concilio Tricassino II. celebrato anno DCCCLXXVIII., legem laudans, quae est Arcadii & Honorii, habeturque in Codice cum Theodosii [3], tum Justiniani [4], eam (quod dignum sane est, quod notetur) ex solo laudat Justiniano [5].

Easdem Justiniani Leges, quas probabat, servabatque Ecclesia, *Lege* quoque *Romana* comprehensas crediderim, pro qua sacta tecta tuenda Leo IV. Pont. Max. eodem nono

1 Tom sup laud. Opusc. 33. cap. 17. pag. 439. 2 Ib. cap 30. pag 509. 3 *l.* 34 *De Episc. Eccles. & Cleric.* 4 l. 13. *De Episc. & Cleric.* 5 Apud Ivonem p. 1. cap. 98. & ex eo Tom. 9 Concil. Ed. Lab. pag. 314 *Sedentibus nobis in corona venit ante praesentiam nostram filius noster Sigebodus primae sedis Narbonensis Episcopus cum suis suffraganeis, & detulit nobis librum Gothicae Legis, ubi nihil habebatur de Sacrilegiis.... Unde nostra fecimus cum praescriptis Episcopis inspectis* Legibus Romanis, *ubi habebatur de Sacrilegiis, invenimus ibi a* Justiniano *Imperatore Legem compositionis sacrilegii constitutam in quinque libras auri optimi.*

nono ſeculo Lotharium Imperatorem rogavit [1], ac qua idem Lotharius Populum Romanum uti ſivit, cum poteſtatem ei fecit, qua vellet vivere, Legis eligendae [2], quaque Ludovicus II. Imp. Danielem quemdam Magiſtrum militum, qui falſo Gratianum Romani Palatii Superiſtam ejuſdem Leonis IV. tempore Romae judicavit, cum, ut ait Anaſtaſius [3], *elementiſſimus Imperator nolens contra inſtituta veterum Auguſtorum peragere Romanorum, eos ſecundum* Legem Romanam *inſtituit judicare*.

Addam Henrici II. Imp. Edictum, quo non tres modo leges e Codice & Novellis Juſtiniani laudantur, ſed palam etiam fit, ſaeculo XI. unum ex non poſtremis Syſtematis Juſtinianei capitibus in judiciis obtinuiſſe [4]. *Quoniam in legibus cautum eſt, ut nemo Clericorum jurare praeſumat; alibi vero reperitur ſcriptum, ut omnes principales perſonae in primo litis exordio ſubeant jusjurandum calumniae; nonnullis Legis peritis res venit in dubium, utrum Clerici jusjurandum praeſtare debeant, aut alienae perſonae hoc officium liceat delegare. Quia enim illud Conſtitutionis Edictum, ubi Clerici jurare prohibentur, a Marco (Marciano) Auguſto conſtitutum eſt; propterea quia de Conſtantinopolitanis promulgatum fuiſſe videtur: idcirco ad alios Clericos pertinere non creditur. Ut ergo haec dubietas omnibus prorſus auferatur, illam Divi Marci (Marciani) conſtitutionem ita interpretari decernimus, ut ad omnes Eccleſiarum Clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum divus Juſtinianus jure decreverit, ut Canones Patrum vim legum habere oporteat, & in nonnullis Patrum Canonibus reperitur, ut Clerici jurare non audeant, dignum eſt ut totus clericalis Ordo a praeſtando jurejurando immunis eſſe*

Unum e capitibus Syſtematis Juſtinianei in judiciis ſaeculo XI. ſervatum.

procul-

1 Gratianus *Can.* 13. *diſt.* IV. *Veſtram flagitamus Clementiam, ut ſicut hactenus Romana Lex viguit abſque univerſis procellis, & pro nullius perſona hominis reminiſcitur eſſe corrupta, ita nunc ſuum robur, propriumque vigorem obtineat.* 2 L. 37. *Rer. Ital. ſcript.* tom. I. par 2. pag. 140. *Volumus, ut cunctus Populus Romanus interrogetur, quali Lege vult vivere: ut tali lege, quali vivere profeſſi ſunt, vivant.* 3 In vit. *Leonis IV.* in fin. 4 *L.* I. *Rer. Ital. ſcript.* tom. I. pag. 178.

proculdubio censeatur &c. Lex, qua vetantur Clerici jurare, est Marciani a Justiniano adlata *l. 25. C. de Episc. & Cler.* Quod vero dicitur de jurejurando Calumniae ab omnibus exordio litis subeundo, lex est Justiniani *2. C. de jurejurando: & Novell.* CXXIV. *cap.* 1., estque unum e capitibus systematis Justinianei; nam quamvis etiam ante Justinianum illud praecepisset Julius Paulus lib. VI. ad Sabinum, cujus fragmentum refert ipse Justinianus *l. 44. §. 4. ff. Familiae erciscundae*, non in omnibus tamen litibus, ut postea Justinianus, praecepit, sed in tribus dumtaxat Judiciis, in iisque peculiari de causa, nempe: *qui familiae erciscundae, & communi dividundo, & finium regundorum agunt, & actores sunt, & rei, idea jurare debent non calumniae causa litem intendere, & non calumniae causa ad inficias ire.* Demum Canones Patrum vim legum habere, decrevit Justinianus Novella VI. cap. 1. §. 8.

Lex Romana, qua usi Pisani post Statutorum Compilationem, non est Theodosiana.

Nunc ad id, quod quarto loco docet Cl. Brencmannus, progredior: ac falsum esse, adfirmo, *Legem Romanam*, ex qua Pisano in foro jus reddebatur *usque ad annum* MCCLXII. *& ulterius*, Legem fuisse in Codice Theodosiano & Fragmentis Ante-Justinianeis descriptam, cujus profecto nec vola, nec vestigium cernitur in Constitutis, quae ille adlegat, quibusque eo tempore Pisani utebantur, ac etiamnum, licet in dies postea auctis, correctisve, utuntur.

Pisanorum Statutorum Compilatio facta an. Pisano 1161.

Anno Dominicae Incarnationis MCLXI. more Pisano, qui est communis MCLX., primum Pisanae Civitatis Constituta compilata fuerunt, ac in unum volumen redacta, ut patet ex eorum Prologo; quem licet ex Codice Stroziano dederit Cl. Brencmannus, iterum ex aliis Codicibus, quos hic nactus sum, exscribere haud piget. Sunt vero hi Codices, alter Nobilium Virorum de Rosserminis Viae, ut dicimus, S. Mariae, alter DD. Priorum hujus Civitatis, & alter D. Jacobi Monti, Equitis humanissimi D. Stephani, & in Academia nostra Pisana Juris Civilis Professoris: ac sequar scribendi rationem, quae in Codice Rosserminiano servatur, qui licet circa medium

dum-

dumntaxat saeculum XIV. exaratus sit, ex alio tamen vetustiore descriptus videtur.

Incipit Prologus Constitutorum usus Pisane Civitatis

Nobis Pisanorum Consulibus Constitutu facientibus equitas ortando suasit omnibus ea scire atque intelligere volentibus originem & causam ipsorum atque nomen exponere ne ut ita dixerimus quasi inlotis manibus nulla prefactione facta ex improviso ad ipsam perveneritmus Pisana itaque Civitas a multis retro temporibus vivendo Lege Romana retentis quibusdam de lege Longobarda sub judicio legis propter conversationes diversarum gentium per diversas mundi partes suas consuetudines non scriptas bobere meruit super quos annuatim Judices possint quos previsores appellant ut ex equitate pro salute justitie & honore & salvamento Civitatis tam Civibus, quam advenis & peregrinis & omnibus universaliter in consuetudinibus previderent qui ex diversitate scientie atque intellectus per diversa tempora eadem negotia atque similia aliter alii & omnino e contra quam alii judicaverunt Unde Pisani qui fere pre omnibus aliis Civibus Justitiam atque equitatem semper observare cupierunt Consuetudines suas quas propter conversationem cum diversis gentibus habuerunt & hucusque in memoriam retinuerunt in scriptis statuerunt redigendas pro cognitione eorum ea scire volentium Qua de causa & nos & ante nos quamplurimos alios sapientes Civitatis elegerunt qui hoc sub sacramento faceremus & corrigenda corrigeremus atque causas & questiones Consuetudinum n causis & questionibus legum discernendo redigeremus in scxiptis Quorum statuta in scriptis redacta sunt appellata Constituta quasi a pluribus statuta & etiam a Civitate recepta & confirmata Ex quibus hoc volumen compositum a nobis & confirmatum Consulibus Justitie .S. Ronerio de Parlascio & Lanfranco pro se & suis socus S Lamberto Grosso de Sancto Kasciano Boccio Coccho Herrigo Frederigi Bulso quondam Alberti Albisonis Sismundo quondam Herrigi Gnincthonis publice obtulimus & dedimus Anno ab Incarnatione Domini MCLXI. *Indict. Octava, pridie Kal. Jan. Regnante Domino Federigo Felicissi-* Post eos Statutorum.

Felicissimo atque Invictissimo Imperatore & semper Augusto &c.

In Codice Rosserm. in notula interlineari ad ea verba Prologi *Qua de causa & nos & ante nos quamplurimos alios Sapientes Civitatis elegerunt*, scribitur: *Nota, quod non fuerunt aliunde;* & in notula marginali: *Audi, vocant se sapientes, unde dicas, non dicit hoc ad laudem sui & gloriam, sed ad extollendum statuta, ut videantur per prudentes esse composita & compilata.*

Eodem Codice legitur: *Anno ob Incarnatione Domini* MCXLI. *Indict. octava*, sed ad annum quod adtinet, scriptoris error est, qui numerum X, qui scribi debuerat post L ante illum posuit: nam neque Indictio octava in eum annum incidit, neque Fridericus Aenobarbus Romae Imperator coronatus fuit nisi die XVIII. Junii anni MCLV.

In Codicibus DD. Priorum, D. Monti, & Bibliothecae Strozianae, ut ex Cl. Brencmanno [1], legitur: *Anno ab Incarnatione Domini* MCLXI. *Indict. nona*, sed legendum, ut in Codice Rosserm., *Indict. octava*, quae cum sit anni communis MCLX., recte congruit anno more Pisano MCLXI.

Aera Pisanorum. Cum enim Pisani ut tum, ita impraesentiarum suam Aeram Christianam auspicentur a Domini Incarnatione, seu Deiparae Conceptu, non vero a Nativitate, seu a Calendis Januariis proxime sequentibus, annos Nativitatis novem mensibus antevertunt. Ac licet aliquae

Aera Florentinorum. etiam Civitates, ut Florentia, annos computent ab Incarnatione, seu a die XXV. Martii, hos tamen uno anno serius inchoant, dum die Incarnationis annum numerare incipiunt, qui est Nativitatis, Pisani vero eo die uno anno annotum Incarnationis numerum augent, ut hoc anno Nativitatis MDCCXXVII die XXV. Martii numerare coeperunt annum Incarnationis MDCCXXVIII. Hinc factum, ut, cum veteres etiam Pisani Chronographi annos, quibus res gestas consignant, sic numerent, uno anno Aeram communem praevertere ipsi Cl. Brencmanno [2] visi

1 pag. 58. 2 Diss. alt. *De Amalphi a Pisanis direpta* §. 26 *pag.* 68.

visi sint, cum tamen novem dumtaxat mensibus praevertant.

De hac Aera Pisana agit Covarruvias [1], cujus testimonium laudant Mabillonius noster [2], Docangius [3], & Palatini Socii Rerum Italicarum Scriptorum editores [4], docetque Antonius Pagius [5], ea quandoque etiam Innocentium II. Pont. Max. usum fuisse. Ex eo Pisanorum & Florentinorum discrimine adparet, illos Aeree Incarnationis initium ducere a die XXV. Martii anni V. C. DCCLIII., Juliani XLV. *Cornelio Lentulo & Calpurnio Pisone Coss* Ciclo Solis IX. DC. Lunae I, hos vero a die XXV. Martii anni sequentis V. C. DCCLIV., Juliani XLVI. *Cajo Caesare & Aemilio Paulo Coss* Ciclo Solis X. D. Lunae II., a cujus Cal. Januariis suam etiam Nativitatis Aeram Ecclesia exorditur. Dionysius Exiguus, a quo suam quique Christianam Aeram acceperunt, annos numerat ab Incarnatione, disputantque Chronologi, hanc ne ipse Aeram ab anno, a quo Pisani, an a quo Florentini, deduxerit. Posterius suadent Beda, Marianus Scotus, Sigebertus, huicque sententiae adhaeret Pagius [6]. Prius vero, quod & mihi est verisimilius, tuentur Petavius [7], Samuel Basnagius [8], alii; idque usu suo Ecclesia quodammodo probavit, dum annos numerans Nativitatis a Cal. Januariis anni V. C. DCCLIV. Juliani XLVI., Christum jam anno praecedenti conceptum videtur credidisse. Atqoe ex hae sententia dici posset, Florentinos Dionysianam Incarnationis Aeram ex Bedae calculo sequutos esse, Pisanos vero exactiorem ipsius Dionysii supputationem.

Utriusque discrimen.

Conjectura de discriminis ratione.

Utebantur autem etiam tum Pisani Indictione Romana, seu Pontificia, quae incipit a Cal. Januariis, non vero Con-

Indictio Pisanorum Romana.

1 *Resol. variar.* tom. 2. lib. 3. cap. 12. num. 1. 2 *De re diplom.* lib 2: cap 32. 3 *Glossar.* verbo *Annus ab Incarnatione*. 4 Tom. 2. pag. 416. 5 Crit. in Annal. Card. Bar. an. 1133. num 5 & an 1135. num 34. 6 App. ad Annal. num. 157 & alibi. 7 Lib. 12 *De doctrina temp.* cap. 2. relicta altera sententia, quam docuerat Not. in Epiph pag. 112. 8 Annal. Polit. Eccl. an. Ch. 1. num. 5.

Constantinopolitana, neque Constantiniana, quarum altera incipit a Cal. Septembris, altera a die xxiv. ejusdem mensis: quod colligo ex subscriptione duarum sententiarum, quas in fine Epistolae adseram. In altera enim signata num 13. legitur: *Anno Domini Millesimo Centesimo Septuagesimo primo. Indictione tertia. Quarta nonas Septembris*. Est annus communis, seu a Nativitate MCLXX. Indictione III. insignitus, quae cum hic etiam post Cal. Septembris habeatur, manifestum est, Pisanos ab iis Calendis Indictionem non inchoasse, nam ceteroqui tum numerassent Indictionem IV. In altera signata num 14. habetur: *Dominicae vero Incarnationis anno Millesimo Centesimo Septuagesimo secundo. Indictione quarta. Nono Kalend. Decembris*. Est hic annus pariter a Nativitate MCLXXI., cui convenit Indictio IV., ac cum etiam die XXIII Novembris eadem maneat, non solum a Cal. Septembris haec non incipiebat, sed neque a die XXIV ejusdem mensis, nam tum fuisset Indictio V. Sic itaque & die XXXI Decembris anni more Pisano MCLXI., a Nativitate MCLX., in fine Prologi signato, Indictio erat *octava*; nisi forte, quod neutiquam credo, suam tunc Indictionem inchoassent Pisani a Christi, ut in aliquot Pontificum Romanorum Rescriptis factum, Nativitate, nam tum fuisset Indictio *nona*.

Rubricae Usus Statutorum Pisan. Post Prologum sequuntur XXIX. Rubricae quae ad *Usum* pertinent, nam in Cod. D. Monti earum fine legitur: *Expliciunt Constituta Usus Pisanae Civitatis*, quod titulo Prologi respondet: *Incipit Prologus Constitutorum Usus Pisanae Civitatis*.

Rubricae Legis. Sunt & Rubricae LVII. ad *Legem* spectantes, quarum fine in Cod. D. Monti & DD. Priorum legitur: *Explicit Constitutum Legis Pisanae Civitatis*. Hae in Codicibus, qui nunc exstant, ante Rubricas *Usus* ponuntur absque ullo Prologo, communisque Prologus habetur post Rubricas *Legis* & ante Rubricas *Usus*. *Cur Prologus in medio Codice descriptus?* Quod ideo evenisse existimo, quod, cum primum haec Constituta publicata fuerunt, priori loco Rubricae *Usus* fuerint descriptae, & deinde Rubricae *Legis*; cum vero postea, quod identidem

dem fieri consueverat, eadem aucta, vel emendata lecta fuere, prius recitatae fuerint Rubricae *Legis* & deinde *Usus*, eaque in récitatione Prologus suo loco relictus sit, nimirum ante Rubricas *Usus*: exindeque eum in modum fuerint in Codicibus descriptae; cum praesertim non uno semper, eodemque tempore utraque Constituta recitarentur, sed seorsim, ac modo haec, modo alia. Sic enim in Codd. D. Monti & DD. Priorum in fine Constitutorum *Legis* legitur: Rubricae Usus & Rubricae Legis seorsim in Senatu recitatae

Lecta & publicata sunt haec Constitata de nova facta & emendata Pisis in Ecclesia S. Petri de Yschia (nunc vulgo S. Apolloniae) *in Senatu in praesentia Domini Alberghiecti Pondimilii Pisarum Potestatis anno* MCCXXIII *Indict. decima* VI. *Idus Aprilis* [1].

Lecta & publicata sunt haec Constituta de nova facta Pisis in Turri Ildini Nicbii quondam Uganis Pellarii in Senatu in praesentia Domini Ugonis Lupi Pisani Potestatis anno MCCXXXIII. *Indict. sexta* [2]. *ipso die Calendorum Januarii*.

In fine vero Constitutorum *Usus* in Codd. D. Monti & DD. Priorum;

Lecta & publicata haec Constituta fuerunt tempore Domini Ugolini Ugonis Rubei Pis. Potestatis secunda vice anno Domini MCCXLII. *Indict. decimaquarta* [3] *Pridie nonas Novembris*.

Lecta & publicata haec Constituta fuerunt tempore Domini Marini de Ebulo Pisarum Potestatis MCCXLVIII. *Indict. sexta, tertio Calendas Decembris* [4].

Lecta

1 Annus Pisanus 1223. est communis 1222., eique proinde recte convenit Indictio X. 2 A Cal Januariis usque ad diem XXV. Martii annus Pisanus convenit cum anno communi, estque Indictio ejus anni. 3 Sic in Cod. D. Monti. In Cod. DD. Prior. deest Indictio, & mendose legitur *Ann. Dom.* MCC. Ex hac subscriptione discimus, hoc quoque tempore Pisanos Indictionem non inchoasse neque a Cal. Septembris, neque a die XXIV. ejusdem mensis, nam, cum hic sit annus communis 1241. eo die numerassent Indictionem XV. 4 Sic in Cod. D. Monti. In Cod. DD. Prior. *tertio Kal Januarii*. Legendum aut *An* MCCXLVIII *Indict quinta*, aut *An* MCCXLVIIII. *Indict sexta*, nisi pro Notarii arbitrio signata sit Indictio Constantinopolitana, aut Constantiniana, aut signatus annus communis pro anno Pisano.

Lecta & publicata fuerunt haec Constituta tempore Domini Ricciardi de Villa Pis. Pot. anno MCCLVIII. [1] *Indict. secunda, tertio Calendas Januarii.*

Lecta & publicata fuerunt haec Constituta tempore Domini Nicolai Quirini de Domo majori de Venetiis Pis. Pot. an MCCLXXI *Indict. decima tertia* [2].

Lecta & publicata fuerunt haec Constituta tempore Domini Joannis de Cummis Pisar. Potest. anno Domini MCCLXXXI. [3].

In iisdem Codicibus D. Monti & DD. Priorum post Constituta Usus sequuntur XXXIII. Rubricae, quarum fine in Cod. D. Monti legitur: *Ratificata & approbata fuerunt suprascripta ordinamenta An.* MCCCXXIII. *Indict. sexta a tertio nonas Decembris*; necnon XXVIII. Rubricae a Pisanis Civibus compositae & a DD. Prioribus Libertatis & Vaxillifero Justitiae Populi Florentini confirmatae anno MCCCCLXXVIII. die XXVIII. mensis Februarii: ac demum Rubricae, quae inscribuntur: *Statuta novissima edita anno* MDXVI., aliaque nonnulla.

Veteribus Statutis subinde auctis, & correctis utuntur & nunc Pisani.

Veteribus Constitutis hunc in modum auctis, explicatis, correctisque, utuntur & nunc Pisani, quibusque in rebus ambigua illa sunt, aut nihil decernunt, confugiunt ad Jus commune Justinianeum; quod concessum iis fuit etiam a DD. Florentinis anno MCCCCVI., cum primum Pisas ceperunt, sequentibus decretis editis [5].

In Dei nomine amen. Anno Incarnationis D. N. J. C. 1406. *Indict.* X. (lege XIIII.) *secundum cursum & morem Florentinorum die* XVII. *mensis Octobris*.

Magni-

1 Sic in Cod. D. Monti. In Cod. DD. Prior. *anno* MCCLIX. Indictio mendosa, nam anno Pisano 1258. eo die conveniit Indictio XV., & anno 1259. Indictio I. 2 Sic recte scripta erat Indictio in Cod. D. Monti: *Decima tertia*, & perperam postea deletum *decima*. In Cod. DD. Prior. mendose *tertia* deest in utroque Codice dies. 3 Deest in utroque Cod. Indictio & dies. 4 Legendum aut *An.* MCCCXXIII *Indict. quinta*, aut *An.* MCCCXXIV. *Indict. sexta*, nisi a Notario usurpata sit Indictio Constantinopolitana, aut Constantiniana, aut signatus annus communis pro anno Pisano. 5 In Archivo DD. Priorum *lib. Decret. & Ord. Civit. Pis. ab an.* 1520. *ad an.* 1668. pag. 74.

Magnifici & potentes Domini Domini Priores Artium, & Vexillifer Justitiae populi & communis Florentini & XII. bonorum Virorum, qui deliberarunt omnia infrascripta, videlicet, quod in Civitate Pisarum sit, & esse debeat unum corpus.

Item postea dicta die, quod in dicta Civitate Pisarum sit pro Communi Florentiae unus Potestas Civis Florentinus Popularis & Guelphus pro sex mensibus pro vice.

Et quod dictus Potestas habeat merum & mixtum imperium, & gladii potestatem, & omnem auctoritatem, & jurisdictionem in Civilibus & Criminalibus secundum Statuta Communis Pisarum, & in casibus, in quibus statuta non disponerent, habeat secundum Jus commune &c.

Et confirmatum anno MDIX. die IV. Junii, cum demum Pisani varios post casus Florentinis sponte se subdiderunt, nam inter alia, quae illis Florentini tum concessere, hoc num. XI. habetur [1].

Item, *che tutti gli Statuti così della Città, come del Contado di Pisa, e quali si observavano l'anno* 1494. (quo Pisani a Florentinis defecerunt) *s' intendino essere, & sieno di nuovo concessi, confermati & approvati, & debbasi per ciascuno attendere & observare nel modo & forma, & come si observavano innanzi al mese di Novembre di detto anno* 1494, *stando etiandio ferma l'autorità & potestà così a detti Cittadini come Contadini di Pisa di potere fare nuovi statuti a loro beneplacito, i quali vaglino, & observar si debbino si & poi che saranno stati approvati in Firenze &c.* Ex quibus patet, Florentinos Pisanis autonomiam, seu propriarum Legum usum, usumque Juris communis, ubi nihil eorum Leges statuunt, reliquisse, nulloque modo legibus, quibus Florentina ipsa Civitas utebatur, ac hodie etiam utitur, eos obstrinxisse; id, quod notat etiam Philippus Decius [2], aliique passim Jurisconsulti recentiores. *Autonomia Pisanis a Florentinis relicta, & usus Juris Communis, ubi statuta non decernunt.*

In his itaque veteribus Pisanorum Constitutis nullum Legum Codicis Theodosiani vestigium adparet, immo

B vero

1 In Archivo Reform. Flor *Lib. 1. Novarum Submissionum* pag. 34. & seqq. 2 *Cons.* 429. n. 7.

vero concreta illa veluti sunt ex universo Jure Justinianeo, ac praefertim Pandectarum, adeo ut falsum quoque manifeste sit, quod postea addit Vir Cl. [1], *Statutorum Pisanorum Compilatores magis* in Codice Justiniani *versatos fuisse, quam in Pandectis.*

Loca Pandectarum Statutis Pis. inserta.

Videsis priorem ipsam periodum Prologi: *Nobis Pisanorum Consulibus Constituta facientibus aequitas hortando suasit, omnibus ea scire atque intelligere volentibus, originem ipsorum, & causam atque nomen exponere, ne, ut* ita dixerimus, quasi inlotis manibus, nulla praefatione facta, *ex improviso ad ipsa perveniant.* Desumta haec periodus est ex *l. 1. ff. de orig. juris*, ubi Cajus: *Facturus legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab Urbis initiis repetendum existimavi .... deinde, si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videbitur esse,* nulla praefatione facta *judici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque* inlotis, ut ita dixerim, manibus *protinus materiam interpretationis tractare?* Cernis vero, ut bene & adposite Caji verba suam in rem, suamque in praefationem Compilatores Constitutorum transtulere.

Rubrica Constitutorum Usos *De viis publicis, quae sunt in Civitate, vel ejus burgis, vel districtu*, haec habentur: *Decernimus, ut in via publica, vel communali, nulli facere immittere liceat, ut via publica, vel communalis sive aquaeductus publicus vel communalis, deterior sit, vel fiat, hoc est sive ut statim deterior sit via, vel aquaeductus, sive postea. Quaedam enim sunt talia, ut statim ipso facto noceant. Quaedam autem sunt talia, ut impraesent non noceant, in futurum autem nocere debeant. Deteriorem autem fieri viam sic accipiendum est, si usus viae ad eundum, vel aliquid inde ducendum corrumpatur &c.* Quae depromta sunt ex *l. 2. ff. Ne quid in loco publico vel itinere fiat*, ubi Ulpianus explicans Praetoris interdictum: *In via publica, itinereve publico facere, immittere quid, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat, veto,* ita §. 31. & 32. loqui-

1 pag. 64.

loquitur: *Deinde ait Praetor*: Quo ea via, idve iter deterius ſit, fiat. *Hoc eſt ſive deterior via ſit, ſive poſtea . . . Etenim quaedam ſunt talia, ut ſtatim facto ſuo noceant, quaedam talia, ut impraeſentiarum quidem nihil noceant, in futurum autem nocere debeant. Deteriorem autem viam fieri, ſic accipiendum eſt, ſi uſus ejus ad commeandum corrumpatur, hoc eſt ad eundum vel agendum &c.*

Rubrica Conſtitutorum Legis *De feriis*: *Quoniam Juris ratio praecipit, & communis utilitas ſuadet, ne circa rem ruſticam occupati ad forum venire tempore meſſium & vindemiarum compellantur*. Haec fere verba ſunt legis 1. *ff de feriis & dilationibus*: *Ne quis meſſium vindemiarumque tempore adverſarium cogat ad judicium venire, Oratione Divi Marci exprimitur: quia occupati circa rem ruſticam in forum compellendi non ſunt*. In Codice Theodoſiano *l. 2. de feriis* ſimilia praecipiuntur, at diverſis verbis, diverſaque de Meſſis tempore ratione: *Illos tantum manere feriarum dies, fas erit, quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit, aeſtivis fervoribus mitigandis, & autumni foetibus decerpendis*.

Eadem Rubr. poſt ſupra recitata verba: *Statuimus, ut nullus Judex . . . . a medio menſe Junii uſque ad Calendas Auguſti, & a feſto Nativitatis B Mariae menſis Septembris uſque ad octo dies incluſive intrante menſe Octobri aliquem ad judicium venire compellat*. Quod ſtatutum eſt ex praeſcripto *legis 4. ff eodem tit. Praeſides Provinciarum ex conſuetudine cujuſque loci ſolet meſſis, vindemiarumque cauſa tempus ſtatuere*.

Excipiuntur eadem Rubr. quidam caſus: *Niſi tamen ad litem conteſtandam, ubi actionis dies foret exiturus, & niſi in cauſa Aſſeſſoris de poſſeſſione turbata, vel invaſa, ſeu violenta, & fructibus ejuſdem*. Ubi paucis Rubrica haec complectitur, quae *l.* 1 2. & 3. *ff eod. tit.* dicuntur: eaque verba *ubi actionis dies foret exiturus* eadem ſunt quae in *d. l. 3. Solet etiam meſſis vindemiarumque tempore jus dici . . . . ſi res tempore periturae ſint, aut actionis dies exiturus*.

Rubrica pariter Constitutorum Legis *Qualiter ambigua constitutio interpretetur: Quoniam multos saepe literae solum adhaerentes nimium stricte Constituti verba interpretari cognovimus, ideo a legis benignitate exemplum trahentes eam potius significationem, quae vitio caret accipiendam, & benigniora praeferenda statuimus*. Hic apte junguntur, quae habentur *l.* 19. *ff. de legibus*, & *l.* 56 *ff. de regulis Juris*. Priori enim loco dicitur: *In ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quae vitio caret;* altero vero: *Semper in dubiis benigniora praeferenda sunt:* ac cum Constitutorum auctores ajunt, *a legis benignitate* se exemplum trahere, forte spectarunt ad *l.* 18. *ff. de legibus: Benignius leges interpretandae sunt, quo voluntas earum conservetur*.

Plura referre haud juvat, cum satis ex his liqueat, quam pulchre & concinne Pandectarum loca Pisanis Constitutis inserta sint, variis e legibus excerpta simul in iis conjuncta, ac paucis multa comprehensa.

Tu etiam optime observas, ea, quae habentur Rubr. *Constitutiones ex quo tempore valeant*, quae est penultima Constitutorum Legis, ac exstant etiam in Rubr. *De Constitutis factis per tempora, ex quo valeant*, quae est prior Constitutorum Usus [1], totidem verbis decerpta esse ex *l. Leges & constitutiones C. de legibus* [2]: immo quamvis in Codice etiam Theodosiano eadem sententia habeatur, diversis tamen verbis concepta est [3].

Ius Romanorum & Lex Romana in Statutis Pisanis memorata.

Loca etiam adfers, in quibus cum *Lex Romana*, tum *Jus Romanum* memoratur. Nimirum Cap. *Ambiguitatem* Rubr. *De successionibus ab intestato* dicitur: *Monachus in legitimam sibi Jure Romano debitam succedat*. Et eadem, ut ais,

1 *Sicut leges & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta praeterita revocari nisi nominatim etiam de praeterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cautum sit &c.* 2 *Leges & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta praeterita revocari: nisi nominatim, & de praeterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cautum sit.* 3 *Omnia constituta non praeteritis calumniam faciunt, sed futuris regulam imponunt.*

ut ais, Rubr. *Bonorum autem Libertorum patronis successio detur, sicut Jus dictat Romanum*: & mox: *Civitas jure Fisci secundum Legem Romanam succedat*. Quae tamen in Codd. DD. Priorum & D. Monti habentur duabus aliis distinctis Rubricis, quarum prior inscribitur *De successione Libertorum*, altera *Quando Civitas jure Fisci succedat*. Tandem Cap. *Vitium usitatum* Rubr. *De possessionibus injuste ablatis & invasis*: *Decernimus, ut in rebus immobilibus, & earum possessionibus Imperialis Constitutio* Siquis in tantam, *& aliae Constitutiones, & Leges Romanae, dejectores, invasores, seu praedones, atque possessionum alienarum interversores, aliosque similes, punientes, suum contra ipsos vigorem obtineant*. Quae tamen loca ipse ad Justinianeum ne Jus, an vero ad Theodosii & Alarici decreta pertineant, alieno judicio remittere maluisti.

Priori loco *Legitima Romano Jure debita* opponitur *Legitimae* a Pisanis Constitutis praescriptae, quae major est: nam, ut Jure Romano Ante-Justinianeo Legitima erat quarta pars, seu triuncium substantiae Patris, & ex Jure Romano Justinianeo est tertia pars, seu quadriuncium, si duo, vel tres, aut quatuor filii sint, & medietas, seu sexuncium, si filii sint plures quatuor, ut Novella Justiniani XVIII. in princ. & Cap. 1., sic ex Pisania Constitutis Rubr. *De legitima filii* haec est: *Si unum filium Pater habet, medietas, si vero plures, computata persona Patris, reliquum filiorum legitima intelligatur*, seu ut hic in nota marginali Codicis Roslerm. *Tantum habet filius quilibet, quantum pater, per legitimam*. Quod autem Jus Romanum eo loci intelligi debeat, e textu erui nequit. Similia habentur Rubr. *De eo, quod Pater filiis vel filiabus necesse habet relinquere*, in fine: *Sed cum neptem vel neptes ex praemortuo filio, & filium superstitem, vel ex ipso prolem masculinam parens habet, possit neptem seu neptes usque ad Legitimam Jure Romano intellectam &c.* Quam legitimam Masus Tripallensis & Jac. Andreas Lavajanensis, veteres Constitutorum Interpretes, de quibus infra, de Legitima Justinianea explicant.

Legitima Pisana alia a Romana.

 Quod

Quod altero loco dicitur, Patronos in bona libertorum succedere *ut Jus dictat Romanum*, quamvis in Appendiculis Codicis Theodosiani inter titulos Ulpiani sit *De libertorum successionibus vel bonis*, ad Justiniani tamen Jus pertinet, cum ea Constitutorum Rubrica, quam supra memoravi, eadem sit ac titulus VIII. lib. III. Instit. Justin., ubi ea de re agitur.

Tertio Civitas jure Fisci, *secundum Legem Romanam* succedere dicitur, hoc est succedere in ea bona, in quae ex lege Romana succedit Fiscus. & de hoc jure Fisci agitur cum a Theodosio lib. X. tit. I., tum a Justiniano lib. XLIX. Digest. tit. XIV, & Cod. lib. X. tit. I.

Lex, quae est in Cod. Theod. & Justin., citatur in Sy... P... x Cod. Justin.

Imperialis tandem Constitutio *Si quis in tantam* ultimo loco laudata est Imppp. Valentiniani Theodosii & Arcadii, cum eo initio relata a Justiniano *l. 7. C. Unde vi*. Quae licet in Codice etiam Theodosiano *l. 3. ead. tit.* habeatur, non eo tamen modo incipit, sed *Plerosque detectum est*, nec iisdem verbis est concepta, ac quibus refertur a Justiniano: unde colligi licet, Justinianeos Compilatores non semper Rescripta praecedentium Imperatorum ad verbum retulisse, sed sensum eorum dumtaxat expressisse. Eamdem autem legem esse probat inscriptio & subscriptio fere eadem, *Imppp Valent. Theod & Arcad. A A. A. ad Messianum Comitem Rer. Privat.*, & *Dat.* XVII. *Kal. Jun.* (in Cod. Theod XVIII. *Kal. Jul*) *Treviris Timatio & Promoto Coss.*, & sensus totius legis: in qua notanda pracipue sunt verba Cod. Theod. *Illi vero quos in tantum furoris provexit audacia*, quae sic in Cod. Justin redduntur: *Si quis in tantam furoris pervenerit audaciam*. Sic aliae Leges, quae poenam Dejectoribus, Invasoribus &c. statuere ibidem dicuntur, Justinianeae erunt, ac praesertim quae exstant eodem tit. *Unde vi*. Eodem cap. *Vitium usitatum* statim subjicitur: *Hoc tamen in praedictis intelligendo, & observando, ut is, qui vacuam aut vacantem possessionem alterius occupavit, cum poenae* a Lege Romana *introductae praestatione reddere possessionem teneatur*. Quae in verba sic Lavajanensis: *A Lege Romana: dicas ut C. Unde vi l. Cum*

Compilatores Justinianei non semper Imppp Rescripta ad verbum referunt.

quae-

quaerebatur, & est illa poena, quae continetur in l. Si quis in tantam C. Unde vi. Et in nota marginali Codicis Rosserm. *Injuste invadens alicujus possessionem, vel auferens, punitur poena legali, & quando possessionem vacantem quis accupavit, tenetur eam restituere cum poena legali. Iste bonus Legista erat, & ideo bene recordabatur.*

Quod adlatis Constitutorum locis ostendimus, demonstrant etiam notae marginales, quae in eorum Codicibus visuntur, quaeque, ut Tu quoque animadvertis, ea passim Justiniani legibus consona nobis exhibent.

Varii Constitutorum P. S. Interpretes. Hae notae non eaedem sunt in omnibus Codicibus. In Codice Rosserm. sunt non solum in utroque margine, sed quandoque etiam inter utramque lineam scriptaeque, omnes sunt eadem manu ac textus, & quidem post annum MCCCXXVIII, quo ex Joan. Villanio [1] obiit Castruccius Castracanius, cujus mortis mentio fit in nota ad Rubr ultimam Constitutorum Usus Cap *Quoniam ea*, ubi cum res quaecunque Operae S. Mariae Pisanae Majoris Ecclesiae a quopiam alienari, aut tolli, vel minui, vetentur, sic ea nota legitur: *Et ideo male accidit Castruccio, qui statim quam abstulit oblationem cerae in festo suo* (Adsumtionis B M V. [2]) *functus est diem suum*. In fine ejusdem Codicis eadem manu scriptus est liber *De origine Civitatis Pisanae* Fr. Bartholomaei a S. Concordio [3], qui hoc tempore florebat, ac obiit anno MCCCXLVII, idque Opusculum primum editum fuit Tom VI Rer. Ital. Scrip. pag 164.

Masus a Tripallo & Jac. Andr. Ibo de Lavajanis. In Codice D. Monti sunt aliae ab his notae, eaeque Masi a Tripallo, & Jacobi Andreae Ibonis de Lavajanis, quae seorsim etiam a textu Constitutorum circumferuntur hoc titulo: *Commentum Masi de Tripallo Jurisconsulti praeclarissimi, una cum Apostillis & additionibus utilissimis Jacob Andreae Ibonis de Lavajanis super Statutis antiquis Civitatis Pisarum.* Masus Tripallensis claruit sub finem saeculi XIII., cujus postremis annis Antianorum, ut dicebant,

1 Lib. 10. cap 87. 2 Vide *Append ad Theat Basil. Pis* Ios. M. Martini pag 88 & seqq. 3 Ord. Praedicat. auctor *Pisanellae & Serm. quadrag.*

cebant, munere functus est, ut habetur in Indice Antianatus & Prioratus Communis Civitatis Pisanae. Lavajanensis vero claruit sub finem saeculi XV., nam in nota altera ad Rubricam I. Constitutorum Legis citat ex *Statutis novissimis* Rubricam *De mensibus utilibus*, quae est XIII. Statutorum editorum anno MCCCCLXXVI, vocatque haec *novissima*, quia ejus tempore nondum edita erant alia statuta anni MDXVI., quae, ut supra, *novissima* dicta sunt.

Omnes Statuta Pisana Juri communi consona ostendunt, & monent quae sunt contraria.

In Codice DD. Priorum ponuntur identidem notae Masi Tripallensis, necnon alius Auctoris a superioribus diversae, diversaque manu, ac Textus, scriptae. Quae notae, quamvis variorum Auctorum, eo omnes tendunt, ut Pisana Constituta Legibus Justiniani consentanea ostendant: nec interea monere nos negligunt, cum iis contraria esse, videntur, ut Cap. *Mattius* Rubr. I. Const. Legis, quae est *De in jus vocando*, ubi cum cautum sit, *ut contra Fidejussorem sententia diffinitiva, & contumaciae & quae lite coepta contracto beremodicio fertur, sicut contra ipsum defensorem, possit exequutioni mandari*, haec notat Tripallensis. *Hoc est contra Jus commune: nam nunquam sententia mandatur exequutioni contra Defensorem, ut l. Plautius, & l. Qui se obtulit ff. de procur.*, quamquam nec Lex *Qui se obtulit* eo titulo repetiatur, nec Legem *Plautius* satis ille videatur intellexisse, dum ex ea intulit, *nunquam sententiam exequutioni mandari contra defensorem*. Sic enim ea lege dicitur: *Plautius ait: Procuratorem damnatum non debere conveniri, nisi aut in rem suam datus esset, aut obtulisset se, cum sciret cautum non esse, omnibus placuit. Idem erit observandum & si Defensoris loco cum satisdatione se liti obtulerit.* Quae verba Tripallensis intellexit, quasi Procurator damnatus diceretur, conveniri non debere, *etiamsi defensoris loco cum satisdatione se liti obtulerit*, cum contrario potius sensu sint accipienda, nimirum Procuratorem damnatum conveniri posse, *si aut in rem suam datus esset, aut obtulisset se, cum sciret cautum non esse*, & *si defensoris loco cum satisdatione se liti obtulisset*; quemadmodum notat etiam Glossa

Lex perperam a Maso Tripallensi intellecta.

sa verbo *Idem erit observandum*, nempe *ut conveniatur sicut in duobus praemissis casibus &c.* Quare ex hac lege Defensor, qui cum satisdatione se obtulerit, poterit conveniri, & contra eum sententia exequutioni mandari. Hujus autem generis est Defensor de quo sermo est in Pisanis Constitutis d. cap. *Malitiis*, ubi: *Statuimus, ut nullus, qui defensioni alicujus se offert, aliter audiatur, nisi in satisdatione Judicatum solvi juxta quantitatem litis Fidejussor ex facultate solvendi, & facilitate conveniendi & exigendi, aeque idoneus, ut est ille, qui defenditur, tribuatur: contra quem fidejussorem sententia diffinitiva &c.* ut supra. Hinc melius Interpres Codicis Rosserm hoc loco de Defensore ait: *Istud Capitulum & Lex Plautius ff. De procur. sunt idem.*

Hoc autem Capitulo, adnotes velim, eum, *qui defensioni alicujus se affert*, satisdare juberi, ut *l.* 46. § 2. *ff. de procur.* ubi: *Qui alium defendit satisdare cogitur. Nemo enim alicujus litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur*: & quidem satisdatione *Judicatum solvi*, ut *l.* 10. *ff. Judicatum solvi*, ubi: *Quod si procurator aliquem defendat ipse cogitur satisdare Judicatum solvi stipulatione*; ac demum Fidejussorem, qui ea datur satisdatione, idoneum esse debere *ex facultate solvendi, & facilitate conveniendi*, quae fere verba sunt *legis* 2. *ff. qui satisdare cogantur*. Quae sane omnia singularem Juris & systematis Justinianei peritiam praeseferunt. Adnotes etiam verba illa *contracto beremadicio*, quae phrasis est Justiniani in *l.* 23. § 3. *C. De judiciis*, ubi: *etiam absente ea beremodicium contrahatur*: & vox *beremodicium* reperitur quidem *d. l.* § 3. & 4., *l.* 7. §. 12. *ff. de minoribus*, & *l.* 13. *ff. Judicatum solvi*, nusquam vero in Cod. Theodosiano.

Quod vero ait Cl Brencmannus, in ipsis Constitutis quandoque legi *Commune Legis & Usus*, & alicubi plenius *Hoc Constitutum est commune Legis & Usus*, verissimum est: nam non solum suas Leges, suosque Usus habuit habetque Pisana Civitas, suaque Legis & Usus Constituta, sed & duae in ea Curiae erant, alia *Legis*,

Cur aliquibus Stat sis praefixum Commune Legis & Usus?

& alia

& alia *Usus*, & in Curia *Legis* quaestiones *Legis* agebantur, ut in *Usus* Curia quaestiones *Usus*. Hinc in Constitutis Usus exstat Rubrica *Quae quaestiones ad Leges, & quae ad Usum ponantur*: & in Constitutis Legis haec alia, *De quaestionibus & causis judicio Legum incoeptis ut ad Usum non vadant, & e contra*, ubi: *Si aliqua quaestio incoepta per litis contestationem coram Judicibus fuerit, ut ad Usum non vadat, & e contra, statuimus, ut si est causa Usus nihilominus a Judicibus per Usum cognoscatur, & finiatur. Idem e contra in Curia Usus observetur &c.* In Curia Legis secundum Legis Constituta judicia instituebantur, sententiaeque ferebantur, ut in Curia Usus secundum Usus Constituta. Quia vero aliqua etiam Constituta erant, quae utraque in Curia servari jubebantur, haec proinde *Communia Legis & Usus* dicebantur. Sic Constit. Legis Rubr. *De dirictaris publicis* in fine legitur: *Quae omnia de dirictaris publicis statuta sunt, sint communia Legis & Usus*. Quare cum in fronte aliquarum Rubricarum, aut Capitulorum ea Inscriptio *Commune Legis & Usus* deprehenditur, monet, quae in illis statuuntur, utraque in Curia, Legis scilicet & Usus, esse servanda. Eorumdem Const. Legis Rubr. *Qualiter rei contumacia coërceatur* eadem Inscriptio praeponitur, & ante postremum illius Capitulum haec nota adjicitur: *Hoc Capitulum habet locum in Lege tantum*; quo docemur, licet superiora hujus Rubricae Capitula Curiae Legis & Usus, ut fert epigraphe, communia sint, quod tamen eo Capitulo decernitur, Curiae tantum Legis esse proprium.

Cur aliqua statuta contraria Juri Communi? Quamvis autem peculiares suos Usus, suasque peculiares Leges, quae aliquando Justinianeo Juri adversantur, habuerit, habeatque Pisana Civitas, hinc tamen colligi nequit, quod colligit Cl. Brenemannus, eam Justinianeo Jure usam non fuisse, cum, ut jam vidimus, hoc illius Constituta referta sint: nec mirum videri debet, ejusmodi cum Usus, tum Leges in ea invaluisse, quod, ut in ipsorum Constitutorum Prologo dicitur, non *tam Civibus* jus illic esset reddendum, *quam Advenis*,

quos

quos magna copia, & ex universis fere orbis partibus ad eam illis temporibus ventitare, testatur Domnizo, qui sub finem saeculi XI. & initium XII. floruit [1]:

Qui pergit Pisas, videt illic monstra marina.
Haec Urbs Paganis, Turcbis, Libycis, quoque Parthis
Sordida, Chaldaei sua lustrant littora tetri.

Porro cum in his Veteribus Constitutis tam magnus Pandectarum usus sit, eaque ex universo Justinianeo jure composita fere videantur, satis verisimile est, Pisanos multo ante illorum compilationem factam anno communi MCLX., adeoque etiam ante Amalphitanam expeditionem ab iis susceptam anno MCXXXV., ex qua ferunt Pandectarum volumina reportasse, Pandectas possedisse, earumque studio vacasse: cum praesertim ante ejus anni compilationem alii quamplurimi iisdem legibus & consuetudinibus recensendis, atque in scripta redigendis operam navassent, omniaque postea eo anno in unum volumen fuissent congesta, ut patet ex ipso Prologo: *Unde Pisani, qui fere prae omnibus aliis Civibus justitiam atque aequitatem semper observare cupierunt, consuetudines suas, quas propter conversationem cum diversis gentibus habuerunt, & hucusque in memoriam retinuerunt, in scriptis statuerunt redigendas . . . qua de causa & nos, & ante nos quamplurimos alios Sapientes Civitatis elegerunt, qui . . . . & corrigenda corrigeremus, atque causas & quaestiones consuetudinum a causis & quaestionibus Legum discernendo redigeremus in scriptis, quorum statuta in scriptis redacta sunt appellata Constituta.*

Conjectura de usu Pandectarum apud Pisanos etiam ante Amalphitanam expeditionem anni 1135.

Certe Gratianus, qui sub ipsius Amalphitanae expeditionis tempora suum Opus cudebat, duas Pandectarum leges recitat [2], nec ita recitat, velut tum primum in lucem Pandectae fuissent revocatae; videturque incredibile, statim ac ex Amalphi Pisas illae adlatae fuerunt, earum aliquod exemplar in Gratiani manus Bononiae divenisse. Ante Gratianum Ivo Carnotensis ex iisdem Pandectis aliquas, ut Tu quoque notas, leges retulit [3]; & ante

Ivonem

1 In vit. Mathildis lib. 1. cap. 20. 2 Can 29. 2. qu. 6 & Can. 30 *ibid* 3 Epist. 99. leg. 7. 11. 13. 14. *ff. De sponsalibus* & Epist. 134. leg. 11. 14. ejusdem tit.

Ivonem, pulcherrimum locum observasti Roberti Montensis de Lanfranco & Guarnetio, quod hi anno MXXXII. *Repertis apud Bononiam Legibus Romanis Justiniani Imperatoris, operam dederunt, eas legere, & aliis explanare.*

Pisani ex Constantino Cajetano conditores Legum maris, quae Romae probatae an. 1075.

Sed ad Pisanos redeamus. Noster Abbas Constantinus Cajetanus [1] tradit, Pisanos Leges Maris condidisse, quae anno MLXXV. Romae a Gregorio VII. Pont. Max. fuerunt adprobatae. *Soli*, inquit, *Pisani promotores extiterunt, ut Mare, quod antea nullis legibus navigabatur, certis imposterum ejus navigatio coerceretur. Id, quod etiam optime animadvertit suis ad me datis literis Vir sane eruditissimus Clarissimusque Claudius Nicolaus Fabricius Peyrescius [2] Gallus de literis, deque literatis benemerentissimus .... Adeunt itaque Romam, Gregorium VII. Papam conveniunt, aguntque cum illo, ut a Sanctitate sua vim reciperent eae maris Leges, ordinationesque. Adnuit Summus Pontifex, easdemque confirmavit in Basilica S. Joannis Lateranensis Cal. Mart. anno Christi 1075., confirmatasque mox Romani Juramenta observare perpetuo se obstrinxerunt. Quibus deinde accesserunt Pisani Majoricae primum anno 1115., deinde Pisis 1118. eas ipsas Maris Leges juramento corroborantes. Mox sequuti sunt Reges, & Principes alii, Respublicae insuper, & Populi tum Occidentales tum Orientales idipsum praestiterunt. Exstant ipsae Maris Ordinationes lingua Latina, Italica, Provenzali sive Gallica, Narbonensi & Catalana tum manu exaratis, tum impressis Codicibus evulgatae &c.*

Consolato di mare a V. Cl. Jos. Maria Casaregio explicatus.

Hic liber Italice inscribitur *Il Consolata di Mare*, qui, cum plerisque locis subobscurus sit, dilucide explicatur a Jurisconsulto praestantissimo Josepho Maria Casaregio Rotae Florentinae Auditore, eximio Opusculo edito Florentiae anno MDCCXVIII., ac anno sequenti inserto tom. I. ejus Discursuum Legalium *De commercio*.

Eo libro Indiculus exstat, quo loca & tempora notantur, quibus eae Legis, seu Capitula recepta fuerunt, atque ita primum:

Roma

1 *Comment. in Vit. Gelasii II.* 2 Ejus vitam scripsit Petrus Gassendus tom. 5. pag. 239.

Roma.

L'anno d'Incarnation di Cristo 1075. a Cal. di Marzo fur concessi in Roma in S. Gio. Laterano & giurati da Romani di osservarli sempre.

Acri.

L'anno 1111. a Cal. di Settembre fur concessi in Acri nel passaggio di Gerusalem per il Re Lodovico & per il Conte di Tolosa & giurarono di osservarli sempre.

Majorica.

L'anno 1112. fur concessi in Majorica per i Pisani, & giurarono di osservarli sempre.

Pisa.

L'anno 1118. fur concessi in S. Pietro del Mare in potestà d'Ambrosio Migliari, e giurò osservarli &c.

Eo indiculo Pisani dicuntur anno MCXII. Majoricae incolis maris leges tradidisse, quod tamen contingere haud potuit, nisi, ut supra Constantinus Cajetanus, anno MCXV., quo illi Majoricam ceperunt, ut diserte testatur Laurentius Veronensis seu Vetniensis in Poemate *Rerum in Majorica Pisanoram &c.* in cujus fine legitur [1]: (Majorica a Pisanis capta anno 1115.)

Tum fuit a Christo tecto velamine carnis
Centenus quintus decimus millesimus annus.

Auctor Chronicorum Pisanotum id anno MCXVI. consignat [2]. *Habitus est autem*, inquit, *Majoricae triumphus, & Christiani exercitus gloriosus regressus Anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo decimo sexto*; & antea narraverat *Anno millessimo centesimo quarto* Pisarum exercitum *in die S. Sixti* hoc est die VI. Augusti *de Arni faucibus* exivisse, anno sequenti post unius mensis obsidionem Evisam urbem fortissimam *in S Laurentii festo* hoc est die X. Augusti anni MCXV., expugnasse, *in festo S. Bartholomaei Apostoli ad insulam Majoricam* applicuisse, eamque demum totam occupasse *tertio*

1 Tom. 6. Rer. Ital. Script. pag. 162. 2 Ib. pag. 104.

tertio nonas Aprilis, anni nimirum MCXVI. Similia habet Auctor Breviarii Historiae Pisanae [1]. Verum constat, hos scriptores annos numerare more Pisano, de quo supra, nam & Pisanorum in Jerosolymam Urbani II. P. M. tempore expeditionem recensentes, urbem hanc, quae capta fuit anno communi MXCIX. [2], captam tradunt anno MC. [3].

Breve maris a Pisanis editum an. Pis. 1323. Licet vero ex iis, quae eodem Indiculo habentur, colligi nequeat, Pisanos earum Legum auctores re vera fuisse, patet tamen, illas anno MCXV., quo Majoricae incolis eas tradiderunt, habuisse. In Archivo DD Priorum exstat liber inscriptus *Breve Maris*, qui editus fuit anno Pisano MCCCXXIII., ac incipit: *Questa e la Breve dell'Ordine del Mare della Città di Pisa & del suo Contado & Distretto & della Corte del dicto Ordine per le otto scripti homini suoi & discreti del dicto Ordine & in quello Ordine jurati cioè Ser Matteo Gatta &c. & tutto lo dicto Breve approvato & ratificato fu per lo consiglia del Popolo di Pisa in della Ecclesia di Sancto Sixto in del mille trecento vinti tre sextodecimo Kalendas Maii Indict. quinta &c.*

Con-

1 Ib. pag. 196. 2 Guillelmus Tyrius *Belli Sacri* lib. 8. cap. ult. *Capta est autem praedicta Civitas anno ab Incarnatione Domini* MXCIX. *mense Julio, quintadecima die mensis, feria sexta circa horam decimam nonam, anno tertio, ex quo fidelis populus tantae peregrinationis sibi onus adsumserat*. 3 Auctor Chron. Pisan. loc. sup. laud. pag. 100. *Anno Dominicae Incarn. millesimo nonagesimo nono Ecclesiae Romanae praesidente Urbano II. Pisanus Popul. in navibus centum viginti ad liberandam Jerusalem de manibus Paganorum profectus est, quorum rector & ductor Daibertus Pisanae urbis Archiepiscopus exstitit, qui postea Jerosolymis factus Patriarcha remansit. Proficiscendo vero Leucatam & Cefaloniam urbes fortissimas exspoliaverunt . . . . In eodem autem itinere Pisanus exercitus Madiam urbem fortissimam cepit, & Laudociam cum Boamundo, & Gibellum cum ipso & Raymundo Comite S. Aegidii obsedit. Inde igitur digressi venerunt Hierosolymam, quae anno* Millesimo centesimo *a Christianis capta fuit, & erecta fuit: ibique Pisani manentes per aliquantum temporis, & inopem urbem reaedificantes ad propria regressi sunt*. Auctor. Breviar. Hist. Pisan. ibidem pag. 168. *Anno 1100. Hierusalem ac Caesarea a Christianis capta est decimo octavo Calendas Augusti, cujus victoriae Pisanus Populus fuit & caput & causa &c.*

Constat id Breve CXCII. Capitibus, quibus alia capitula subduntur aliis subinde temporibus condita, necnon alia hoc titulo: *Questi sono li Capitoli del CoBituta dell' Uso della Città di Pisa li qaoli partengono alla Corte del Mare*.

Postrema haec Capitula eadem sunt, quae in Constitutis Usus compilatis anno Pis. MCLXI. Latine habentur Rubricis *De naula naviam*, *De jactu naviam*, *De rebus, quae inveninutur in Mori*, *De damno navi dato ob altera navi*. Quae Italice reddi, ac Brevi illi inseri jubentur ejusdem Brevis Cap. LXXXIV. *Anco juro che in fra du mesi dolla ntrata del mio officio faroe li Capitoli del Constitato tutti li quali parlano del facto del mare ridacere & scrivere & porre volgarmente in del presente Breve si che dubitatione per inanti non nasca*. Haec Capitula iis in rebus, de quibus agunt, cum Capitulis Consulatus fere consentiunt; ae pleraque, quae Rubr. *De jacta navium* habentur, iis prorsus consentiunt, quae habentur in Pandectis tit. *Ad Legem Rhodiam De jactu*, ut notat Masus Tripallensis: immo Capitulum *Cum arbor* ejusdem Rubricae idem est ac Lex 2. ejus tituli. Sie enim habet id Capitulum: *CVM ARBOR navis incisa fuerit pro mercibus & navi liberanda, VEL ALIUD INSTRUMENTUM NAVIS REMOVENDI COMMUNIS PERICULI CAUSA DEJECTUM EST, per libram damnum adaequetur*. Lex vero 2. *Ad L. Rhodiam*: *CUM ARBOR AUT ALIUD NAVIS INSTRUMENTUM REMOVENDI COMMUNIS PERICULI CAUSA DEJECTUM BST contributio debetur*. In Appendiculis Codicis Theodosiani ex *Julii Pauli Sentent. Recept. lib. 2. tit. 7. ad Legem Rhodiam* nonnulla ad haec spectantia habentur, at ea Lex, quae est Papiniani, ibi haudquaquam reperitur, nec reperitur inter Leges *Juris Navalis Rhodiorum*, eujus aliquod fortasse Latinum, aut Graeco-Latinum exemplar in Italia esse tum poterat; quare ex ea Digestorum, seu Pandectarum Lege id Capitulum desumtum fuerit, necesse est.

Huic inserta aliqua Capitula Statutorum in quibus nonnulla e Pandectis.

An

Forte haec cetera maris Capitula.

An haec Capitula, quae nec pauca sunt, illa sint, quae ex Cajetano Romae anno MLXXV. Pisanis postulantibus adprobata fuerunt, ac ab iisdem Majoricae incolis tradita anno MCXV., & Pisis anno MCXVIII. jurejurando confirmata, nec negare ausim, nec adfirmare. Quo tempore sua Pisani Constituta compilarunt, & deinceps usque ad annum MCCCXXIII., quo *Breve Maris* condiderunt, non aliis maris Legibus eos usos fuisse, argumento esse potest, quod in eodem *Brevi Maris* illas dumtaxat, ut vidimus, referri jusserunt, alias profecto etiam relaturi, si tum exstitissent.

In Barcinonensi Consulatu multa capitula veteribus adjecta.

Quamvis autem multo plura Capitula sint, quae in impresso maris Consulatu describuntur, constat tamen horum quamplurima veteribus fuisse adjecta: nam in Consulatu edito, explicatoque a Cl. Casaregio, palam est, priora XLIV. ad Valentiae Consules pertinere, ut ipse Vir Clariss. fatetur [1]: *Sin qui li Capitoli del Consolato appartengono, come si è veduto, per lo più al modo Giudiciario praticato dalla Corte, e Consoli di Valenza*: quae capita re ipsa desunt in Consulatu Venetiis impresso anno MDXXXIX. Quare idem Casaregius [2], cum quadam in causa adlatum fuisset Caput II. ejus Barcinonensis Consulatus, docet particulares ejusmodi Leges non esse ubique locorum adtendendas, nisi consuetudine probentur fuisse receptae, detegitque [3] causam, ob quam perperam Rota Romana pluries crediderit, eumdem Barcinonae Consulatum in omnibus mundi partibus esse observandum, nimirum quod putaverit, omnia ejus Consulatus Capitula esse ab omnibus recepta, cum tamen pleraque pecularia sint Civitatis Barcinonensis, eaque edita, postquam aliae nationes ipsum Consulatum amplexae sunt, ut liquet ex Indiculo locorum & temporum, quibus ea Consulatus Capitula recepta fuerunt.

In laudato Consulatu Venetiis impresso in fine subduntur XX. Capitula hoc titulo: *Ordinatione sopra le sicurtà maritime*;

1 *Expl. heat. Cap. 44. Consul.* 2 Tom. I. *Discurs.* 4. num. 15. 3 Ib. num. 16.

maritime; quae tamen praeterit in sua editione Cl. Casaregius, quia, ut in Praefatione ait: *non sono che disposizioni particolari di Barcellona fatte ne' tempi appresso.* docetque Maris Consulatum ducentis dumtaxat nonaginta quatuor Capitulis contineri, quot sunt, quae is explicat, quaeque ait tamquam universales Leges communiter fuisse recepta: a quibus tamen demenda sunt priora XLIV., quae ad Curiam tantum Consulesque Valentiae, ut ipse ait, pertinent.

At neque reliqua Consulatus Capitula esse omnia existimo ex eorum numero, quae primum condita fuerunt, ac Romae, subindeque Majoricae, & Pisis vulgata, sed non exiguam eorum partem crediderim, veteribus progressu temporis additam fuisse, ac forte Barcinonae, postquam Majoricae anno MCCLXX. Jacobus Aragoniae, Valentiae, & Majoricae Rex, Comes Barcinonae &c. juravit, ut in memorato Indiculo legitur, se curaturum, ut suo in Regno perpetuo ea capitula observarentur: quo factum fortassis, ut is Consulatus *Barcinonensis* exinde appellatus sit. Certe horum aliquot Capitula aliis derogare videntur, ut animadvertit Cl. Casaregius [1], aliaque aliorum sunt declarationes [2], & in his declarationibus mentio fit antecessorum, qui iis de rebus egerunt, ut Cap. LXIV. *& per le ragioni di sopra dette fecions questa menda li nostri antecessori, acciocbe &c.* & Cap. LXIX. sub initium: *Li nostri antecessori, i quali in prima furono, & cominciorno andare per il mondo, volsero chiarire questo modo,* & in fine: *& per le ragioni di sopra dette ferono questa menda, & questo chiarimento li nostri antecessori.* Et Cap. CXXIX. *Et per la ragione di sopra detta gli buoni huomini, quali prima andorno per il mondo volsero in questo modo chiarire.* Quae clare ostendunt, ea Vetera Maris Capitula non esse, sed e Veteribus potius confecta, latiusque, ac uberius diducta.

Jam vero, si Capitula, quae Pisania Constitutis habentur, Vetera Maris Capitula sint, eorumque auctores Pisani *Conjectura al a de uja*

C

1 *Explicat. capp.* 126. 127. 2 *Capp.* 63. 64. 69. 76. 129. 209.

Pandectae apud Pisanos ante expeditionem Amalphitanam.

Pisani fuerunt; cum in illis Pandectarum Leges, ut supra visum est, referantur, Pandectas ipsas multo etiam ante Amalphitanam expeditionem Pisani profecto habuere: qui, ut ait idem Cajetanus [1], *& Imperatorum privilegiis, & Populorum adclamationibus* Maris Domini *dicti sunt, tum quia ante sacrum illud Maximi Pontificis Urbani II. classicum, quo Terra Sancta vestigiis Domini nostri pressa nomini Christiano* (anno MXCIX) *fuit restituta, Pisani Saracenos, regiones illas occupantes, iteratis classibus, ac validissimis armis centum fere per annos soli jam exagitaverant, eorumque vires adtriverant, tum quia tam in Occidente quam in Oriente quamplures & maritimas civitates, & oppida, & loca, atque insulas possederunt*.

Haec de Veteribus Pisanorum Constitutis adnotavi, quae sapientissimo judicio tuo subjicio: ac si minus apta, minusve digna, quae tibi probentur, compereris,

Deferto *in vicum vendentem thus, & odores,*
Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis [2].

Quatuor Judiciales sententias Tibi mitto, quibus aliquot quamprimum notulas adjiciam. Prior est anni DCCXCVI., cum Jus Langobardicum Pisis obtineret, lata tempore R ghinardi Pisanae Civitatis Episcopi, qui in Ughelliano, & Martiniano Pisanorum Antistitum Catalogo deest. Reliquae saeculi XII, in quibus Justinianei Juris usum plane deprehendes. Has pro amore, quo erga vetera hoc genus monumenta teneris, lubenti animo te excepturum; credo. Eodem amore, atque animo me quoque tui amantissimum, & studiosissimum complectatis, rogo. Vale.

Pisis Cal. Maii. An. MDCCXXVII.

1 Loco supra laud. 2 Hor. lib. 2. ep. 1.

Judi-

Judicatum anni 796 ex Archivo Illustriss & Reverendiss. Pisarum Archiepiscopi membrana signata num. 9.

IN *Christi Nomine Regnante piissimo Domino nostro Carulo viro excell.* [1] *Rege Francharum & Langubardorum hoc Patricius Romanorum* [2] *quod Langubardia cepi anno vigesimo secundo* [3] *& Domino nostro* Pip-

C 2

1 *Excell.* Excellentissimo, titulus Regibus tum tributus.

2 *Patricius Romanorum* dictus fuit Carolus M. a Stephano PP. II. una cum ejus patre Pippino & Carolomanno fratre an 754., ut docent Annales Metenses; ac quamvis ex Cassiodoro *Var. lib 6. ep. 2.* haec dignitas perpetua esset, eam nihilominus post mortem Hadriani per Angilbertum Abbatem sibi a Leone III. confirmari petiit, ut ex ejus epist., quae apud Alcuinum est 84., idque hoc ipso anno, qui, ut infra, est 796. De Patricii Romanorum habitu, & officio vide Mabillonium *Annal. Bened. lib. 23. n. 2* & *lib. 24. n. 49.*

3 *Quod Langubardia cepi anno vigesimo secundo ...... quinto die intrante mense Junio Indictione quarta.* Insignis caracter chronologicus, qui junctus cum *Indictione* IV. annum ostendit 796. Papiam, quae sedes erat Regum Langobardorum, a Carolo M. anno 774 expugnatam fuisse, ex ejusque expugnatione universam Langobardiam in ejus potestatem migrasse, constat. Sic enim ad eum annum Annales Bertiniani: *Revertens ergo Carolus Rex a Roma iterum ad Papiam pervenit, & ipsam civitatem cepit cum Desiderio Rege & uxore & filia, vel cum omni thesauro ejus Palatii. Ibique venientes omnes Langobardi de cunctis civitatibus Italiae subdiderunt se in dominio domni Regis & Francorum.* Cointius dicto anno n. 111 probat veteribus Caroli M titulis Regnum Langobardiae *quinto nonas Maii* ejus anni nondum adjectum fuisse, adjectum vero ante *Idus Junii*. Pagius eod. anno n. 8. duas Regni Langobardici Caroli M epochas distinguit, priorem a tempore, quo ante captam Papiam se Regem Langobardorum inscripsit, alteram a Papia capta: atque hanc cum Cointio docet, post diem nonum Maii ejus anni 774 & ante diem decimum tertium Junii esse inchoandam, sicque Carolum M inter duos eos dies Papiam sibi subjecisse. Ex hoc autem monomento discimus, Papiam die quinto Junii nondum captam fuisse, nam ceteroqui hac die anni 796 non XXII annum a Langobardia capta Carolus M numerasset, sed XXIII. Quare inter diem V & diem XIII. Junii anni 774 Papiae expugnatio concludenda est.

Papiae expugnata a Carolo M. inter dies 5 & 13. Junii an. 774.

Pippino Rege Langubardorum filio ejus anno Regni ejus sextodecimo 1 *quinto die intraante mense Junio indictione quarta. In Dei Nomine dum resedisse Regbinordus* 2 *in Dei nomine vocatus Episcopus Sancte Ecclesie Pisane Civitatis & nos insimul Petrus Diaconus Fidacia Clericus locipositi* 3 *suprascripte Ecclesie hujas Pisane Civitatis adque & Dondo idem Scabino* 4 *de Pisa ubi aderant nobiscum & Thomas*

1 *Et Domino nostro Pippino ... anno regni ejus sextodecimo*. Pippinus Caroli M. filius Rex Langobardorum inunctus fuit ab Hadriano PP. an 781., cum Romae ab eodem baptizatus fuit die Paschatis, qui eo anno incidit in diem xv. Aprilis, quare die v. Junii an. 796. sui Regni annum xvi. jam inierat.

Regbinardus Ep. Pis. desid. in Catalogo Epp. Pis. Ughellii & Martini 2 *Regbinordus ... Episcopus Sanctae Ecclesiae Pisanae Civitatis*. Hic desideratur in Catalogo Episcoporum Pisanorum cum Clariss. Ughellii, tum D. Josephi Mariae Martini Pis. Canon., suae Primatialis Ecclesiae, atque urbis praerogativis illustrandis numquam fessi. Prior enim *Ital Sac.* tom. 3. ed. Ven. pag 351. heac habet.

8 *Joannes anno 743. usque ad an. 47. in eodem throno jus dixit*.

9 *Joannes iterum ejus nominis secundus Episcopus Pisanus reperitur ab anno 804. usque ad annum 820 in multis testamentis subscriptus*.

Alter vero in fine *Theat. Basil. Pis.*

8 *Joannes* ... (electus fuit An.) 743 *circiter* ... (sedit ann.) 16.

9 *Joannes* 804. 5.

In Codice Carolino Epist 55, quae est Hadriani PP. ad Carolum M., ac Cointio an. 774 n. 18., & Pagio eod an n. 9. scripta creditur ipso anno 774., Hadrianus Carolum rogat, ut Pisanum Lucensem

Episcopus Pis. Papam a Carolo M. deductus & Rhegientem Episcopos suas ad Ecclesias dimittat: *Sed & hoc quaesumus, atque postulamus benignitatem tuam, ut Episcopos illos, id est* Civitatis Pisanae, *seu Lucanae, Rhegii ad propreos sedes, atque ecclesias & plebes eis commissas absolvere reverti jubeatis*. Mabillonius *Annal Bened lib 24 n 46.* tradit., Carolum *ex Urbe ad Papiae obsidionem* revertentem *Pisanum & Lucensem Episcopos, ne quid forte se absente molirentur, secum* adduxisse. An hic Reghinardus fuerit, an alius quispiam, non adparet. Eadem epist. mentio fit *Gausfredi Civitatis Pisanae habitatoris*, quem e castris Caroli redeuntem Allo

Petrus Diac. Pis. praeceptor a Carolo M. Dux molitus fuerat interficere, ipsique Carolo Hadrianus commendat. Carolum a *Petro Pisano Diacono* in Grammaticis institutum fuisse, auctor est Eginhardus in ejus vita.

3 *Locipositus*. Vicarius. Glofs. Car. Ducangii voce *Locopositis*.

4 *Scabius*. Judicum adsessores. ibid. hac voce.

mas Diaconus Otus Presbiter Chunifrid Presbiter Roscbisi Presbiter Johannis Clericus Hildipertus Subdiaconus Grimpo Clericus Sanstas Notarius Sachipertu Clericus Petro Clericus Boucherat Vossus Domini Regis [1] *Vuillardo gart istabili* [2] *manepas* [3] *Guntpertus filius quondam Ursi Teodingo Pertualdo Amulo Allo Gumprando & Vualprando germanis Grauso Clericus Sulprando Kundifrid Lauspertu & alios plures* [5] *venerunt ibi ante nos Arnulfus Vicedomui* [4], *nec non & Sotprandulu Aspertulu Clericus & Perticausulu germanas personas altergationem habentes dicebat Arnulfus Vicedomos contra jam nominatos Sotprandulo Aspertulu Cler. & Perticousulu pro quas re personas vestras queritis subtrahere de servitio Sancte Marie quia quidam Anscausulu genitor vestrorum servo fuit Sancte Marie domos Episcopalis Civitatis Pisana. Hoc contra respondebat suprascripti Sotprandulus Aspertulus Clericus & Perticousula non factot dictus quod genitor nostrorum servus fuisset Sancte Marie nec nos de personas nostras servi esse devemus nisi tantum de ipsa Cosa sancte Marie hic fecimus servitio pro liveris homenis. tunc qui supra Petrus Diaconus Fiducia Clericus seo Dondu Scobini pertractantis nos una cum suprascripti Auditores* [5] *judicabimus* [6], *& vuadiam* [7] *dore fecimus Arnulfus Vicedomoi*, *ut con-*

1 *Vassi Domini Regis*. Vassi Regales, Dominici . ibid. hac voce.

2 *Gart istabili*, forte *Gardator, gardiator staboli*, Magister, Comes stabuli, Italice *Contestabile*

3 *Manepas*. forte idem ac *Municepe*, aut *Manapastas*, de quibus d Gloss. his vocibus.

4 *Vicedominus*. Oeconomus, Curator rerum Ecclesiae, ibid. voce *Vicedomini Ecclesiarum*.

5 *Auditores* qui ei judicio interfuerunt.

6 *Judicabimus* pro *judicavimus* mutata *v* in *b*, quod & in aliis linguis saepe fit. Sic & infra *interrogabimus* pro *interrogavimus*, *manifestaberunt* pro *manifestaverunt*, *consignabit* pro *consignavit*, Mutatur etiam quandoque *b* in *v*, ut infra *ivi* pro *ibi*, *livertate* pro *libertate*, *adprovare* pro *adprobare*, *scrivere* pro *scribere*, *rovoratam* pro *roboratam*. Sic passim eo aevo, cui, & quae hic leguntur, sphalmata, aliaque plura familiaria.

7 *Voadia, vadio, guadia* idem ac vadimonium.

ut consignare per testimonia qualiter Ascausulu pater Sotpranduli Asperiuli Cler & Perticausuli servus fuisset Sancte Marie & ante nos eorum fidejusso reposues. Et cum prefatus Arnulfus sui presentem testimonia ante nos presentasset & nos eos singulatim & diligenter sub Dei timore inquisivimus in primis Tioutis dixit. Iscio [1] *Ascausulu pater istorum Sotpranduli Aspertuli Clerici & Perticausuli infra trigintas annos esset servus Sancte Marie & quando Rincvulda battedit* [2] *ipsum Anscausulu ad parte Sancte Marie pro servo compasaet. Gumprando filius quondam Gausperti similiter dixit. Aurulus germanus ejus similiter dixit. Audilasci Presbitero dixit scio Sicualdo Presbitero esse Vicedomei Sancte Marie & prindere* [3] *Ascausulu pater istorum Sotpranduli Aspertuli Clerici & Perticausuli & habebant eum pra servo & infra trigintas annos servo fuit Sancte Marie de persona sua. Pos testimonium vero reddutu ipse testimonia unusquisque ipsorum germanis per Dei Evangelia juratus dixerunt ante nos. Sicut testimoniam rededimu sic fuit certa veritate. Et insuper Arnulfus Vicedomei ante nos omnes Sotpranduli Aspertuli Cler & Perticausuli juratus dixit. Per Sanctam Dei Evangelia sicut testimonias istus ad parte Sancte Marie testimonium reddiderunt sic fuit certa veritate Postea interrogabimus nos Petrus Diac. Fidancia Clericus & Dondo Scabini jam dictos Sotprandulo Aspartulu Clericus & Perticausulu ut si paterit adaniare* [4] *hivertate sua aut per chartulam aut per testimonia vel possessionem juxta lege* [5] *qui-*

1 *Iscio*. Scio, praefixa litera *i*, ut infra *iscabini* pro *scabini*.

2 *Battedit*. percussit a *battere*, de qua voce d. Gloss. Dominii argumentum.

3 *Prendere*, prehendere, capere, ibid. hac voce.

4 *Adaniare*, corruptum ab *idoneare*, idoneis argumentis probare. Alibi *idoniare*, & *adaniare*, ut d. Gloss. voce *idoneare*.

5 Haec Judicii hujus ratio: quae depromta est ex lege XIV. Aistulphi Regis Langobardorum: *Si vero ejus parentes servi fuerunt, & ipse solus ad libertatem tendere voluerit, si ipse* libertatem suam idoniare per chartam, aut per homines liberos, vel per possessionem justam *non potuerit, deserviat & in antea:* seu, ut habent

Lex Aistulph. Regis Langobardorum.

quidem ipsi dixerunt quod sua livertate adprovare poteris & taliter ipsi Arnulfi de consignationem vuadiam dare fecimus tunc ibi presentem Sotprandulo Aspertulu Cleric & Perticausulo post vuadiam data manifestaberunt in Judicio ante nos omnes quia neque per Testimonia neque per Chartulam nec per Possessionem juxta lege nulla consignationem sicut vuadiam dedimus de persone nostre qualiter livcri fuissemus facere non potemus nec livertate nostra adaniare non potemus quia servi sumus de persone nostre Sancte Marie Domus Episcopalis Pisane Civitatis. Unde nos qui supra Petrus Diaconus Fiducia Clericus & Dondo istabini judicavimus sicut Arnulfu Vicedomos per testimonia consignabit & per sagramentum firmaverunt & secundum ipsorum manifestationem judicabimus ut Sotprandulo Aspertulu Cl. & Perticausulu omni tempore descrivire in Casa Sancte Marie de personas sua pro servi omnibus diebus vite sue & fenita est inter eis causatio & hanc notitio Judicati Ilaipertu Notario scrivere ammonuemus. Actum Pisas per Ind. suprascripta feliciter.

✠ *Ego Petrus Diaconus in unc judicatu ad nos factu manus mea subscripsi.*

✠ *Ego Fiducia Cl. in hoc judicato ad nos factum manus mea subscripsi.*

Signum ✠ *manus Dondi locissi* [1] *qui hunc notitia judicati pariter fieri ammonues.*

✠ *Ego Thomas Diaconus in oc judicio interfui.*

✠ *Ego Otus Presbiter in obc judicio interfui.*

✠ *Ego Chunifridi Presbiter in hoc judicio interfui.*

✠ *Ego Roschisi Presbiter in hoc judicio interfui.*

✠ *Ego Johannes Clericus fil. Alperti in oc judicium interfui.*

C 4 ✠ Ego

habent duo Codices Mutinenses (tom. 1. par 2. Rer. Ital Script. nota 34 pag. 92.) *per chartam, aut per liberos homines, vel per* possessionem (ut hic) juxta legem *non potuerit ostendere, deserviat & in antea.*

1 *Locissi*. forte *Locisservatoris*, qui scilicet locum pro altero tenet, ut d. Gloss. voce *Locisservator*.

✠ *Ego Sanitas Notarius in hoc judicio interfui, & manu mea subscripsi.*
✠ *Ego Nonpertu Subdioconus in hoc judicio interfui.*
✠ *Ego Ghrimpo Clericus in hoc judicio interfui.*
✠ *Ego Rachipertus Clericus in unc judici interfuis.*
Signum ✠ manus Gumperti filio qnondom Ursi in hoc judicio interfuit.
✠ *Ego Teudintu in hoc judicio interfui.*
Signum ✠ monus Amuli filio quondom Pertuinghi in hoc judicio interfui.
Signum ✠ monus Allifilio Alduli in hoc judicio interfuis.
✠ *Ego Grausus Clericus filio Dondi in oc judicio interfuis.*
✠ *Ego Petrus Clericus filio qm Fraifrigi in oc judicio interfuis.*
✠ *Ego Suilprandus filiu qm Tinsuli in oc judicio interfui,*
Signum ✠ Vualprandi filio qm Auruli in hoc judicio interfui.
Ego Stoipertu Not. post roveratam supplevi.

Sentenția Judicum anni Pisani 1171. ex Archivo Coenobii S. Nicolai Pisarum membrana signata num. 13.

IN *eterni Dei nomine omen. Nos Bernardus & Bandinus* [1] *atque Petrus quondam Gotifredi ad causas publicas & privatas secundum leges & usum nostre Civitatis diffiniendas a Consulibus Pisanorum publici electi Judices & previsores. Reclamotionem factam ab Uguicione boccone adversus Galianam relictam quondam Sunuti sic diffi-*

Bandinus Judex Pisanus. [1] *Bandinus*, an is, de quo Guidus Panzirolus *de Cl. Leg Interpr lib.* 2. *cap* 16., qui obiit anno 1218., ut apud Mabillonium *It. Ital.* pag. 199?

diffinimus. Siquidem predictus Uguicio reclamavit adversus dictam Galianam petens ab ea solidos [1] *centum*

C 5

[1] *Solidos divariorum.* Constat etiamnum in Etruria solidus duodecim denariis seu *piccioli*, qui tamen hodie non cuduntur, cum minima moneta sit, quem dicimus *quattrino*, qui constat quatuor denariis. Ex viginti solidis fit libra, quae valet unum julium cum semisse. De Pisana moneta, ejusque cudendae facultate & forma, dignum est, quod commemoretur, in Pactis conventis inter Pisanos & Lucenses paullo post haec tempora, nimirum *Anno*, ut ibi legitur, *Dominice Incarnationis secundum Pisanos Millesimo centesimo octuagesimo secundo sextodecimo Kalendas Julii Indictione quartadecima, & anno Nativitatis Domini Millesimo centesimo octuagesimo primo secundum Lucenses sextodecimo Kalendas Julii Indictione quartadecima*, quorum autographum, ut videtur, Instrumentum exstat apud DD. Rosserminios Viae S. Mariae, haec haberi: *Et duba* (sic Consul Lucensis Pisanis) *vel dare faciam, & permittam, & concedam habere, & recolligere* Pisanis Consulibus pro Pisana Civitate, *vel eorum misso vel missis super hoc constituto vel constitutis* medietatem totius introitus & lucri & redditus monetae Lucanae *detractis expensis pro utilitate ipsius monetae sine fraude factis. Et concedam & permittam* in Civitate Lucana esse super toto facto monetae & prova Capitaneos Cives Pisanos pro Pisana Civitate & ejus Consulibus cum Capitaneis Civibus Lucensibus, qui *ibi pro Lucana Civitate & Lucanis Consulibus erunt ad habendum & recolligendum* praedictam medietatem praedicti totius introitus & lucri atque redditus ejusdem Lucanae monetae *ad opus & utilitatem Pisanae Civitatis ejusque Communis. Et praedictos Capitaneos monetae utriusque Civitatis jurare faciam illud Sacramentum, quod a me meisque sociis Consulibus & a Consulibus Pisanorum omnibus vel majori parte communi concordia ordinatum fuerit de tota ipso facto monetae..... & praefatam monetam faciam laborare publice in Civitate Lucana eo pondere & modo & bonitate & quantitate, quae ordinata fuerit communi concordia Consulum utriusque Civitatis vel majoris partis eorum & non aliter, & ipsam concordiam de hinc ad unum mensem proximum sine fraude faciam..... dum tamen Lucana moneta ita laborari & fieri possit sicut modo laboratur usque ad ipsam concordiam factam.* Et post alia nonnulla: *& monetam, quam Pisani fecerint, non falsaba, nec falsari faciam, aut falsari permittam, vel concedam, neque fieri faciam, neque permittam, nec concedam extra Pisanam Civitatem. Et si aliqua persona de mea Civitate vel districtu eam falsaverit, vel falsare fecerit, aut eam fecerit, vel facere fecerit, & michi cognitum fuerit, faciam inde vindictam, vel*

fieri

Pacta inter Pisanos & Lucenses an. 1182. de moneta cudenda.

Pisani percipiebant dimidium emolumentorum ex moneta Lucensi, atque una cum Lucensibus praeerant, & ...

tum denariorum cum usuris denariorum duorum de unaquaque libra in unoquoque men-

fieri faciam secundum quod michi bonum visum fuerit ad communem honorem & solvamentum utriusque Civitatis, & faciam ipsam monetam accipi, & currere in mea Civitate, & fortia, atque districtu. Eadem iisdem verbis vicissim pollicetur Consul Pisanus Lucensibus, additque: *monetam vero Lucanam hoc modo Lucensibus relinquam, videlicet quod de cetero in perpetuum Pisana Civitas vel ejus Populus aut aliqua persona pro eis non debeat fabricare vel facere fabricare vel facere ipsam monetam, aut Lucensi monetae similem, scelicet* quod nomen Lucae vel Henrigi *in ea forma vel cuneo contineatur, immo nominatim contineatur* in moneta, quam Pisani fabricare debent, nomen Friderici, seu Curradi, & nomen Pisae, *& quod ipsa moneta Pisana debeat major esse Lucana moneta in magnitudine amplitudine & rotunditate, ita quod aperte una ab altera ex ipsa majori amplitudine & rotunditate discernatur, & possit eam facere ejus coloris, cujus est ea, quam modo facit, & cujuscumque coloris voluerit. Et de hinc usque ad proximum mensem ipsam novam monetam in Pisana Civitate sine fraude publice & non aliter facere, vel fabricare faciam, sicuti dictum est. Et facium finem & refutationem & transactionem pro me & Pisano Communi Consulibus Lucensibus recipientibus pro se & Lucensi Communi de omni actione & jure seu directu michi, vel Pisano Communi pro Pisana Civitate pertinenti* de potestate faciendi Lucensem monetam vel de ipsa moneta ex concessione seu datione Curradi Regis aut Friderici Imperatoris *seu alio quocumque modo vel jure..... Salvo tamen quod* medietas lucri & introitus & redditus ipsius Lucensis monetae ad nos & Pisanum Communem perpetuo debeat pervenire, *& esse, sicut in tenore Pacis inter nos & vos compositae continetur &c.* Ex his colligimus Pisanos ante haec pacta monetam Lucensem ex concessione Conradi Regis aut Friderici Imp. cudisse, monetam Lucensem praetulisse nomen Lucae & Henrici Imp., Pisanam post haec pacta Pisae & Friderici vel Conradi, monetae Lucensi cudendae una cum Civibus Lucensibus praeesse debuisse Cives Pisanos, & vicissim, utramque Civitatem dimidium emolumentorum utriusque monetae percepisse, ac demum Civitates monetam, quam cudebant, Imperatorum, a quibus ejus cudendae facultatem obtinuerant, etiam post eorum mortem nomine signasse. Henricus, de quo hic sermo, forte fuit Henricus IV., qui Lucensibus alia etiam privilegia concessit anno 1081. ut apud Ptolomaeum Lucensem in Chronico ad eum annum; exstatque in Archivo D. Nicolai, membrana signata n. 2. Instrumentum con-

Moneta Pisana signanda nomine Conradi Regis aut Friderici Imp. & Lucensis nomine Henrici Imp.

Pisani ante haec pacta Lucensem etiam cudebant.

mense [1] *ab annis novem, & mensibus septem. Cumque predicta Galiona a nobis ammonita esset, & per edictum peremptorium* [2] *citata ut justitiam factura de dictis solidis centum cum eorum usuris prefato Uguicioni veniret, contumax existens non venit. Unde nos Judices & provisores cognita ejus contumacia* [3], *& recepto juramento* [4] *a supradicto Uguicione secundum formam legis, ut supradictus Uguicio pro supradicta sorte & usuris mittatur in possessionem tantorum bonorum supradicte Goliane mobilium vel immobilium, prout ipse valuerit;*

confectum *Anno ab Incarnatione Domini mille nonagesimo octavo quinto decimo Kal. Julii Indictione quinta*, qui ex ipsa Indictione est communis 1097., in quo mentio fit *denariorum bonorum expendibilium de moneta de Luca*. Joan. Villanius lib. 4. cap. 1. tradit monetae cudendae facultatem iis ab Othone I. fuisse concessam: *Questo Otto primo privilegiò i Lucchesi, che potessero battere moneta d'oro e d'argento, e però la loro moneta e improntata del suo nome.* Neque Othonis, neque monetae ejus nomine signandae ulla in his pactis mentio. Qui vero ex iisdem pactis eam Pisanis facultatem concesserunt, fuere Conradus III. Rex, qui ideo *Rex* tantum dicitur, quod numquam Imperialem Coronam accepit, & Fridericus Aenobarbus Imp. ejus successor. Novae hujus Pisanae monetae mentio fit in Instrumento ejusdem Archivi, membr. sign. n. 37., confecto *Dominicae Incarnationis anno Millesimo ducentesimo quarto, Indictione sexta, Pridie nonas Julii*, ubi: *libras quadraginta tres bonorum denariorum novorum Pisanae nunc currentis monetae.* Forte prior Pisano-Lucensis moneta tum vetita erat.

1 Gravis visa est usura centesima, de qua *l. 40. ff. de rebus creditis, l. 4. §. 1. ff. de nautico foenore, l. 8. C. si certum petatur*, & alibi: quare hic est usura centesima vigesima, hoc est centesima vigesima pars sortis pro quovis mense. Libra enim, ut supra dictum, constat 20 solidis, qui sunt denarii 240., duo autem denarii sunt centesima vigesima pars denariorum 240. *Usura apud Pisanos erat centesima vigesima quovis mense.*

2 *Edictum peremtorium*, de quo *ll. 68 70 71. 72 73 ff. de judiciis, l. 13 ff. de re judic., ll. 2. 8. Cod. Quomodo & quando judex.*

3 *Contumacia*, de qua *l. 13. ff. de re judic., ll. 2. 8. C. Quomodo & quando judex.*

4 *Juramento* Calumniae, de quo *l. 2. C de jurejur., Novell. 124. n. 1.* In simili sententia ejusd. Archiv. membr. sign. n. 28. lata *Anno Domini Millesimo centesimo nonagesimo sexto* (communi 1195.) *Indictione* XIII. diserte exprimitur: *contumacia cognita, recepto juramento calumniae a supradicto Lanfranco dictam quantitatem sub competitum &c.*

bonis, quae valeant de duobus tres secundum formam civilis Constitutionis [1] *, ita ut possideat, & in possessario judicio nostro jure civili adversus eam semper potior existat, & numquam amplius a contumaci possessorio judicio interpelletur, & omnia que de contumacibus constituta sunt inde proveniant, pronunciamus. Data & recitata in consistorio nostro apud Sanctum Sepulcrum. Anno Domini Millesimo centesimo septuagesimo prima Indictione tertia quarto nonas Septembris* [2]. *In presentia Pandulfi Magistri, & Gerardi Furelli, & Rainerii Corrigiarii, ac aliorum plurium.*

Ego Bernardus P. P. J. & P. [3] *hanc meam sententiam subscribendo conf.*

Ego Petrus pu. pi. judex & previsor in hac sententia a me data subscribo.

Ego Baudinus Domini Friderici Romanorum Imperatoris Judex Ordinarius ejusdemque Imperatorie dignitatis Notarius & nunc pu. Pisanorum Previsor hanc sententiam scripsi & subscribendo confirmo.

Sen-

1 *Civilis Constitutionis*, Pisanae sc. Civitatis, nam in ipsis Pisanis Constitutis *Rubr. Qualiter rei contumacia coerceatur cap. Si vero* haec habentur: *Si vero de debita sententia contumaciae lata fuerit in potestate sit reclamatoris, ut per res mobiles vel immobiles vel jura & actiones effectui mandetur: ita tamen ut pro solidis viginti mittatur in possessionem tantorum bonorum, quae valeant solidos triginta, & supra solidos viginti & infra observetur.* Quod tamen postea in desuetudinem abiit.

2 Ex hac subscriptione in Epist. pag. 14. collegi, Pisis eo tempore Indictionem non coepisse a Cal. Septembris, nam cum hic annus communis 1170, post eas Cal. signata fuisset Indictio *quarta*. Sed neque sub finem saeculi XI ab iis Cal. coeptam fuisse didicimus ex Instrumento ejusdem Archivi memb. sign. n. 1. *A ab Incarnatione Domini mille octuagesimo quarto ipso die Kalendarum Septembrium Indictione sexta*. Est annus communis 1083., cui ea dictio convenit, quae, si coepisset a Cal. Sept., non fuisset *sexta* sed *septima*.

3 *Publicus Pisanorum Judex & Previsor.*

Sententia Judicum anni Pis. 1172. ex Archivo membr. sign. num. 14.

IN eterni Dei nomine Amen. Nos Petrus Judex quondam Gattifredi, atque Tineasus de Casavvilia ad causas publicas & privatas secundum leges & usum nostre Civitatis diffinendas a Pisanorum consulibus publici electi judices & previsares. Litem, quae vertebatur inter Rolandum Grinei, & Flandinum uxorem Raffajonis heredem Uguicionis buccunis sic diffinimus. Siquidem predictus petebat a supradicta Flandina herede supradicti Ughicionis solidos decem denariorum pro estimatione unius cultelli, quem Ughicioni mutuavit, ut ipse Ughicio confessus est, & libras sex pro estimatione unius vele, aut ipsam velam, & libras quinque pro naulo galee, & solidos quatuor pro estimatione unius scale, & solidos decem pro estimatione unius tube, quam sibi prestavit, & solidos decem pro una spata, & veltrum unum, quem estimat solidos quadraginta, & unum balistum solidorum quatuor, ea ratione quia fuerunt socii galee, & ipsemet confessus inde fuit, & plus non remittit. Flandina respondet, quod de supradictis non tenetur, quia non credit cultellum valuisse solidos decem, de sex libris pro estimatione vele, nec de ipso vela tenetur, cum nihil habeat, nec dolo mala desiit possidere [1], *nec credit tantum valuisse, & naulum galee ignorat, & de solidis quatuor ignorat. De tuba dicit se non teneri, quia parabola sua pro vela pignori dedit, de spata & veltra & balista ignorat, & si aliquid inde habuit non tenetur, cum plus Rolandus ei debeat, & credit finitum, & si aliquo modo teneretur, non nisi pro medietate. Postea vero utrique* [2] *de calumpnia juraverunt. Predictus autem Rolandus supradictum*

1 Ratio petita ex *l. Qui petitorio 36. de rei vindicat*, ubi: *Qui petitorio judicio utitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is, cum quo instituit actionem, possessor sit, vel dolo desiit possidere.*

2 Tam actor quam reus, ut *l. 2. C. De jurejurand.*, *Novell. 124. c. 1.*

ctum Ughcionem in placito coram Guilielmo judice & sui socus judicibus & previsoribus confessum fuisse, cultellum unum habuisse, & velum, & naulum galee, & scalam contrario dicebat, & inde acta illorum demonstrabat, quibu continebatur, ipsum Ugbicionem supradicta babuisse. Caver vero ipsum Ugbiconem babuisse & solidos quadraginta valuis testibus probare nisus est, quibus quod intendebat se probass allegabat. Flondina vero e contra dicebat, etsi verum e ipsum Ugbicionem predicta babuisse, tamen eorum valore fi fiset cultelli & veli & nauli quantitate nullo modo Rola dum demonstrasse, quare ejus confessionem sibi obesse non deb re pronuntiabit, cum confessione nullo modo dicatur, an Gal vel navis seu ligni cujuslibet velum esset. Quare cum mu ta vela sint & diversa, cujus quantitatis velum confesso sit, est in incerto, unde nulla sequitur condempnatio. Diceb etiam, etsi verum esset, ipsam debere esse propter confessione Ugbicionis condempnandam, se de velo, & naulo. & scala tenri, nisi pro quarta parte, cum verum sit, Ugbicionem R laudi factum de galea fuisse, unde in predictis medietat habebat, & ipsa nonnisi pro medietate beres sit, quare quarta parte tantum teneretur. Et quod tubum pignori velo sua parabola posuerit per ejus Rolandi confessionem dem anno factam. & quod solidos decem pro spata bab sibi Rolandus condonaverit per eadem acta monstrabat, q autem Rolandus & Ugbicio socii fuerint ipse Rolandus disfitebatur., & quod predictum velum & scala & culte id quod estimati sunt .... valerent & naulum esset sol sum tentum, Ildebrondus quondam Sisimundi Rolandi pro ratur ab ipso post ...... causam ceptam constitutus, te bus se velle probare dixit. Unde nos Judices & previs visis prefatis testibus & supradictis confessionibus cum dictus Ildebrandus bis & ter [1] a nobis esset ammonitus s nominare & dare, cum non dares eos, beremodicto [2] eo

to e

[1] Ut ll. 68 69 70. ff. De judiciis, & l. 9. C Quom. & quand

[2] *Eremodicium*. judicium desertum, lis deserta, hic tem constitutum, quo elapso lis deserta censetur. Hac voce utitur *l. 13 § 3 & 4 C de judiciis, l. 7 § 12. ff. de min. l. 3. ff Judicat.*

to, eoque expectato nonnullis diebus post, cum sui copiam nullo modo faceret, causa cognita cum cognovissemus predictam Flandinam pro medietate suorum bonorum Ugbicionis heredem, ipsumque Ugbicionem socium Rolandi fuisse., de galea & rebus ibi pertinentibus, presumentes ipsum Ugbicionem in velo, & scala, & naulo Rolandi ..., socium, & cum in eisdem actis invenissemus Ugbicionem habuisse de naulo galee solidos viginti unam, ipsum Flandinam in quarta parte veli supradicti, & scale, & nauli solidorum viginti quinque & unius predicto Rolando heremodicio contracto [1] *post vesperas condempnamus, a veltro vero supradicto cum illum Ugbicianem habuisse probare non potuisset, & a tuba, cum idem Rolandus parabolam pignorandi pro communi facto galee Ugbicioni dedisset, & a solidis decem pro spata supradicta, cum idem Rolandus eos Ugbicioni condonasset, & a solidis decem pro extimatione cultelli cum ipse Rolandus tantum id petisset, & a residuis tribus partibus veli nauli & scala predictam Flandinam a supradicto Rolando absolvimus & liberamus, de cultelli vero confessione per Ugbicionem facta cum Rolandus cultellum non petisset nihil dicimus. Data & recitata in consistorio Sancti Sepulcri presentibus Salemme advocato, Ugbicione notario quondam Gerardi, & Ugone de Carraria multisque aliis. Dominice vero Incarnationis anno* [2] *mille-*

1 *Eremodicium contrahi* phrasis Justin. *l.* 13. §. 3. *C. De Judiciis: Etiam absente eo eremodicium contrahatur*.

2 Hac subscriptione in Epist. pag. 14. ostendi Pisis eo tempore Indictionem non solum a Cal. Septembris non coepisse, sed neque a die 24. ejusdem mensis, nam ceteroqui hic fuisset Indictio *quinta*. Subscriptiones, de quibus in notis ad pag. 15. & 16., rem quodammodo implicare videntur, sed palam est, scriptorum oscitantia, aut inscitia menda in eas irrepsisse. Sic enim ubi dicitur: *Lecta & publicata fuerunt haec Constituta tempore Domini Nicolai Quirini de domo majori de Venetiis Pisani Potestatis An.* (mora Pisano) MCCLXXI, in Cod. D Monti recte scriptum erat *Indict. decima tertia*, & postea perperam deletum *decima*, & in Cod. DD. Priorum perperam itidem scriptum *tertia*. Hic *Nicolaus Quirinus de domo majori de Venetiis* idem videtur, cujus meminit Jacobus Zabarella *Hist. Sereniss. Famil. de Quirinae* pag. 59. *Nicolaus Quirinus de domo majori de Venetiis Pot. Pisan. an.* 1271.

Nico-

*simo centesimo septuagesimo secundo Indic. quarta nono
nd. Decembris.*

Ego

lo di Giovanni 2. *dalla Casa maggior*, qui parens fuit septem
um, quorum Marcus natu major, de quo ead. pag. 59 &
69., tametsi eum Potestatem Pisanum fuisse, haud memo-
Non parum splendoris & gloriae Quirinae genti Zabarella
isset, si, circa haec ipsa tempora, monuisset, BENEDI-
M XI, optimum, sanctissimumque, & miraculis clarum Pon-
m Ord. Praedic., cum juvenis esset, Venetiis pueros insti-
Domus Quirinae, corrupte *di Cà Corino*, ut testatur Joan.
n. lib. 8. cap. 66. Forte praeceptor fuit septem ejus Ni-
liberorum, cum plane tempora respondeant, nam ex vitae
ratione, quam recenset Bernardus Guidonis Ord. Praedic.
aevi scriptor lib de Vir. Illust. sui Ord., id muneris obi-
irca an. 1256. Vide Franc. Pagium in ejus vita *Brev. Pon-
m* tom. 3 pag. 950. Ex eodem Zabatella pag 64 & Travel-
m. 3 pag. (ed. Ven.) 1270 hoc tempore, nempe *anno* 1274.
olomaeus Quirinus filius Romei, Ioannis II. *de domo majori*
is, Castellanus seu Venetiarum Episcopus renuntiatus fuit,
nque Ecclesiae praefectus alter Bartholomaeus prioris fra-
lius *exeunte*, ut habet Ughellii emendator ibid. pag. 1272, *an-*
92., *vel ineunte anno* 1293., non, ut Ughellius pag. 1278.,
322. Insignia gentilitia *Quirinorum de domo majori, della Ca-
ggior*, quae describit Zabarella pag. 60. & 61., eadem sunt,
modo praeferunt DD. *Quirini*, e quibus Illustriss. & Re-
ndiss. *D. Angelus Maria Quirinus*, ex Abbate mei Floren-
Coenobii primum Archiepiscopus Corcyrensis, & nunc
ae Patriae meae Episcopus, ut mittam, olim (qua re
mihi optabilius, aut jucundius accidere poterat) meum
orentino ipso Coenobio cum Monastici tyrocinii, tum stu-
m socium fuisse amantissimum: ac plane gestio, eamdem
raeclarissimorum Antistitum, quos Quirina gens protulit,
as virtutes aemulari, praesertim vero Hieronymi Quirini
enet. Patriarchae, morum probitate & doctrina praestantissi-
Ord. Praed., quem literarum & pietatis fructus, quos ex
dicti PP. XI. institutione Quirina domus jam perceperat, ei
Ordini dixeris reddidisse. Obiit hic an. 1554., visiturque
sepulchrum prope alterum Thomae Donati ejusdem Ord.,
magistri & in eadem sede antecessoris, in Ecclesia S. Do-
i Venetiarum, cujus Coenobii haud vulgaris laus est, BE-
TUM XIII. nunc regnantem Pontificem Maximum, DO-
ICI castra cum peteret, eo se recepisse, ibique sacrae ejus
ae cingulo donatum fuisse.

Eg
sententi
Eg
ris nota
forum
mandat

Sentent

IN et
non
di Pis
ex una
vertebr
nienda
ctus Ar
tuor,
nis qu
ei eas
non pr
re, q
percep
ducen
& id
ab eod
davit f
qui pr
eum so
dit.
non ter
solidis

1 *Ex*
nem l.
Poen e
2 Co
dae lites

Ego Petrus publicus Pisanorum judex & previsor in hac sententia a me data subscripsi.

Ego Albertus Domini Friderici Romanorum Imperatoris notarius, & nunc suprascriptarum Judicum & Previsorum publicus cancellarius hanc sententiam ab eis datam mandato ipsorum fideliter scripsi.

Sententia Arbitrorum anni Pis. 1174. ex eodem Archivo membr. sign. num. 15.

IN eterni Dei nomine amen. Nos Albertus Judex, & Mannonus quandam Gulielmi, & Rodulfus quondam Gerordi Pisani dicti Arbitri ab Arlotta qu. Ugonis Sancti Felicis ex una parte, & ab Ugone ejus fratre ex alia. Litem, que vertebatur inter eos, in nobis positam ad penam [1] *dupli diffiniendam per laudamentum sic diffinimus* [2]*. Siquidem predictus Arlottus petebat a supradicto Ugone germano suo libras quatuor, & solidos octo cum proficuo denariorum quatuor ab annis quatuor & medium ex constituto, ea ratione quia Ugo ei eas debuit a prefato tempore ex incantamento, quas cum non prestitit, ideo eas cum prefatis usuris petit, quoniam ex re, quam per incantamentum vicit, fructus ex eo tempore percepit, & nummos non solvit. Item petebat ab eodem solidos ducentos, ea ratione quia patri suo mutuavit libras viginti, & id ei Ugo pro medietate reddere convenit. Item petebat ab eodem solidos quadraginta, ea ratione, quia Ugo mandavit sibi in Sancto Egidio tunc existenti, ut Termithum, qui pro servitio suo ibi stabat, Pisis mandaret, & ipse in eum solidos quadraginta pro remittendo ipso Termitho expendit. Ugo respondit, quod de quatuor libris & solidis octo non tenetur, quia quod ex incantamento debuit, solvit, de solidis ducentis respondit, quod ignorat patri mutuasse. &* non

1 *Ex compromisso placet exceptionem non nasci, sed poenae petitionem l. 2. ff. de receptis arbitris.* Et passim eod. tit. & alibi mentio poenae injicitur

2 *Compromissum ad similitudinem judiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet l. 2. ff. de recep. arbitr.*

convenit ei reddere, de solidis quadraginta respondit, ei
nimie mandavit quicquam de Termitibo, & non erat ibi
sua servitio. Arlottus confitetur, quod credit Ugonem
isse debitum Rodulfino, quod in instrumento continetur,
quibus denarii creditum expendisse solidos quadraginta pro
& credit Ugonem fecisse expensas in eum & filium per
udecim menses, & credit Ugonem discomputasse pro da-
sua solidos quinquaginta in modo de debito Ugonis, &
m alios decem solidos discomputavit pro data eidem.
o confitetur, quod denarios habuit in suis manibus, qui
ntinentur in cartula, sed dicit eos expendisse in manuali-
s familie sue, & credit Arlottum Ugoni reddidisse libras
s pro expensis supradicti temporis. Item Ugo petebat ab
lotto fratre suo, ut tres libras denariorum faciat scribi
modo super ipsum Ugonem, que errante Ugone Morecti
nt scripte super eum, cum sint de debito ipsius Ugonis.
m petebat tres libras denariorum capitalei, ea ratione,
ia parabola sua & voluntate dedit eas Guilielmetto de San-
Egidio. Item petebat ab eo quandam cartulam incanta-
nti facti inter se & eum de rebus communibus condictione
e causa, vel ex injusta causa [1], quia nullum debitum subest.
m petebat ab eo libras decem denariorum capitales cum
ris denariorum quatuor per libram ab annis sex, ea ra-
ne quia ambo communiter libras novem denariorum mu-
sub usuris quatuor denariorum per libram acquisiere a
dulfo filio Simonis de Plascia, quas ipse solvit, de quibus
m Arlottus nihil dedit; & quia expensas mensibus sede-
n & medium fecit in personam ejus & filie & totius sue
milie, quo tempore ipse nihil expendidit, & totam jam
ctam quantitatem reddere convenit, salvo quod plus est.
rlottus respondit, quod non tenetur ullo modo de errore
onis Morecti, nec adversus eum dicat, quid petat, & qua
tione. De tribus libris Guilielmetto datis R quod pro eo
nihil

1 Condictio, de qua in Cod. tit. De condictione ex lege & sine cau.
vel injusta causa, & in ff. De condictione sine causa, & De con-
dictione ob turpem vel injustam causam.

nihil
instru
R qu
aliqu
nec d
utrum
tur,
comm
vat A
lution
& f
de om
scrip
de de
Arlo
Ugon
Anno
mo q

hoc I

hoc l
scrip

1 E

nihil dedit, nec pro suo debito. De Cartula ℞ quod suum instrumentum non habet. De libris decem cum usuris petitis ℞ quoniam nihil inde eorum acquisierit, nec inde reddere aliquid ei convenit, & non putat se teneri de sorte, unde nec de usuris. De expensis dicit, quod finitum erat inter utrumque. Cumque hec & alia ab utraque parte allegarentur, tandem ad supradictam penam laudamus in nobis eam commissam, ut Ugo ab hodie usque ad dies octo proximas salvat Arlatto solidos decem & octo denariorum, & facta solutione Arlottus reddat ei cartam incantamenti lib. quotuor & sol. acta, & faciant inter se finem, & refutationem de omnibus petitis ab eis vicissim. Et libros tres, que sunt scripte super Arlottum faciat scribi super Uganem, si sunt de debito Ugonis, & si non sunt de ejus debita, habeat eos Arlottus. Datum Pisis in Ecclesia Sancti Felicis in presentia Ugonis & Ildebrondi familiati germanorum advocatorum. Anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo septuagesima quarto. Tertio Idus Julii Indictione sexta 1.

Ego Albertus Judex ec. arbiter in hac sententia electus hac laudamentum a me datum confirmo.

Ego mannane arbitra subscriba.

Ego Radulfus electus arbitra & laudamento subscribo.

Ego Guinibaldus scriba & notarius Donni Imperatoris hoc laudamentum a supradictis arbitris datum eorum jussione scripsi.

1 Est annus communis 1173. cujus Indict. *sexta*.

F I N I S.

APPROBATIONES.

AD modum Reverend. Lucas Joseph Ceracchini Sac. Theolog. Doct. attente legat Epistolam hanc D. Virginii Valsechii *De Veteribus Pisanae Civitatis Constitutis*, ac referat siquid imprimendam prohibeat. Dat. in Archiep. Palat. die 4. Aug. 1727.

Horatius de Mazzeis Vic. Gen.

Illustriss. ac Reverendiss. Dom.

Epistolam hanc eruditissimi P. M. D. Virginii Valsechii in celebri Pis. Acad. Sac. Lit. & Hist. Eccl. Professoris, publici juris faciendam censeo: cum nihil fidei catholicae repugnans, ac moribus dissonum contineat, sed summam Auctoris sui praeseferat eruditionem, clarissimumque ingenium.

Die 10. Augusti 1727

Dom. Tuae Illustriss. ac Reverendiss.

Hum. ac Addict. Servus

Lucas Joseph Cerracchini.

Stante supradicta relatione Imprimatur.

Horatius de Mazzeis Vic. Gen.

AD Reverendiss. P. Magistr. Julium Roboredo Ord. Servor. B. V. M. hujus S. Inquisit. Consultorem Theologum, ut videat pro Sancto Officio, & referat.

F. Vincentius de Comitibus Inquisit. Gener. S. Off. Florent.

Reverendiss. Pater.

Praesentem Epistolam publica luce dignam censeo, nihil enim continet aut puritati Catholicae Fidei repugnans, aut bonis moribus dissonum, sed in ea elucent mirum authoris ingenium, & eruditio, qua Antiquitatis Monumenta illustrantur.

Dat. in Conv. D. Annunc. die 13. Mens. Augusti ann. 1727.

F. Julius Ant. M. Roboreda Ord. Ser. B. M. V. hujus S. Off. Consult.

Imprimatur Ph. Bonarota.

Nos D. Julius a Mediolano Abbas & Praesidens Congreg. Casinen.

Cum Librum cui titulus *D. Virginii Valsechii Casinen Sacr. Liter. & Hist. Eccles. in Academia Pisana Professoris Epistola de Veteribus Pisanae Civitatis Constitutis &c.* duo ejusdem Congregationis nostrae Theologi, quibus commissum a nobis fuerat, accurata lectione recognoverint, & in lucem edi posse scriptis approbaverint, Nos quoque, ut typis demandetur, quantum in nobis est, facultatem facimus. Datum Mediolani in nostro Monasterio S. Simpliciani Anno 1727. die 3. Septembris.

D. Julius a Mediolano Abbas, & Praesid.

✱

D. Placidus a Regio Cancel.